Mathurini Corderii

COLLOQUIA

SELECTA:

OR,

Select Colloquies

OF

MATHURIN CORDIER:

Better adapted to the Capacities of YOUTH, and fitter for BEGINNERS in the LATIN Tongue, than any Edition of those COLLOQUIES, or any other Book yet published.

CONTAINING,

PART I.

The COLLOQUIES in *Latin*, from a correct Edition published at the *Hague*: But for the Ease of Beginners, the Words are placed in the Order of Construction.

PART II.

An *English* LITERAL TRANSLATION, in a New Method; by the Help of which the young Scholar may, with Ease, attain to the rendering of the *Latin* COLLOQUIES into *English*; and cannot mistake what *English* Words answer to the *Latin*. And to prevent a false Pronunciation, the *Latin* Words are accented.

PART III.

An ANALYSIS, or Grammatical RESOLUTION, of the *Latin* Words in the COLLOQUIES.

By *SAMUEL LOGGON*, M. A.

For the Use of SCHOOLS.

THE SEVENTH EDITION.

LONDON,

Printed for T. CARNAN and F. NEWBERY, Jun. at Number 65, in St. Paul's Church-Yard.

M DCC LXXVI.

BRITISH MUSEUM
15
63
NOV

PREFACE.

LEARNING *being so useful and necessary a Thing, those who are capable of it cannot employ their Leisure Time more beneficially to the rational World, than in endeavouring to make the Road smooth and easy, by removing the Difficulties that lie in the Way to it. Many laudable Attempts of this Kind have been made of late Years, and from which Posterity will undoubtedly reap very considerable Advantages.*

The School-Colloquies *of* M. CORDERIUS, *on account of the simple Purity of the Style, the Lessons of Piety and Morality therein contained, and the Subject-Matter being the common Discourse of Children, and consequently not above their Comprehension, has for many Years been one of the first* Latin *Books commonly put into the Hands of Beginners in the Latin Tongue. But as this Book hath already appeared in so many different Forms for the Use of Schools, it will be expected that I give my Reasons for the Publication of this new Edition.*

The principal Editions of this Book, published here at home, are Mr. HOOLE's, *Dr.* WILLYMOT's, *Mr.* CLARKE's, *and Mr.* STIRLING's. *I say nothing of the common Edition in* Latin *only; being not so fit for the Use of young Scholars, as either of the other.*

In Mr. HOOLE's *Edition in* Latin *and* English, *the Translation being not a* literal, *but a* free *or* proper *Translation, to a Novice in the Language it will afford but very little Help in acquiring a Knowledge of the literal Meaning of* Latin *Words.*

Dr. Willymot *very commendably employ'd his Time in the Works published by him for the forwarding of Youth in Literature; and his Editions of* Latin *Authors are very serviceable to young Students, that are a little acquainted with the* Latin *Tongue: But as he has only explained the more difficult Phrases in his* Corderius, *he hath not given them so much Assistance as is necessary and requisite for Beginners to have. Indeed, the* Parsing Index *by* S. P. *(which is well done) renders the Book fit for the Use of Children: And as the Nouns are to be found in their oblique Cases, and the Verbs in the same Moods and Tenses as they are read in the* Latin *Colloquies, it is well enough adapted to their Capacities. Yet Children not only consume a great deal of Time in finding out the Words singly; but are likewise apt to forget the Meaning of the Words in the former Part, before they arrive at the End of their Lesson: Whereby their Task is rendered toilsome and laborious. Whereas in the Translation given in this Edition they see their whole Lesson at one View; and may go over and over it again, without any Trouble or Difficulty, till*

they are Maſters of every Part of it. And I dare affirm, that a Boy will learn to conſtrue, by this Tranſlation, in the ſame Space of Time, double the Quantity that he will be able to get by the Help of a Dictionary *or* Vocabulary.

Great Advantages may be reaped by young Scholars from the Labours of Mr. Stirling; *but the ſame Objections, that are made to Dr.* Willymot's *Edition of* Corderius, *may be made againſt his. And as the Words in Mr.* Stirling's *Vocabulary are all in* voce rectâ, *it is not ſo fit for the Uſe of Beginners as the other Edition: For how ſhould a Child, that is quite a Stranger to the Language, know, when he meets with, for Inſtance,* Legibus *in the* Latin *Colloquies, that he muſt ſeek for* Lex *in the Vocabulary? In ſhort,* Literal Tranſlations, *if not abſolutely neceſſary, yet (it muſt be own'd) are very ſerviceable, eſpecially to Beginners. Of the Truth of this Aſſertion, I will venture to ſay, all thoſe who have been employed in the Inſtruction of Youth, and have made Trial, are convinced by Experience: And I refer thoſe who have not, for Conviction, to what Mr* Clarke *has written on this Subject.*

Mr. Clarke *has furniſhed us with* Literal *Tranſlations of moſt of the* Latin *Authors commonly uſed in Schools; and if I can divine right, late Poſterity will pay him grateful Acknowledgments for the Benefits they will receive from his laudable Endeavours to make* Learning *more eaſily attainable. I have nothing to object to his Edition of* Latin *Authors, except to the Manner in which they are printed (and which was the ſole Inducement to the publiſhing of this Edition of* Select Colloquies *of* M. Cordier*). As the* Latin *and* Engliſh *are both in one Page, I think they are not proper for Schools; nay, almoſt as improper as if publiſhed with interlineary Verſions, which Method of printing Books for Schools Mr.* Clarke *himſelf objects againſt. Mr.* Bailey *has obſerved, that* * "In the literal Verſions of *Latin* Authors in "Mr. *Clarke's* Method, where the *Engliſh* and *Latin* are "both in the ſame Page, it cannot be well known whether "the Scholar has been diligent in getting his Leſſon or idle; "the *Engliſh* Conſtruing being before his Eyes, while he is "ſaying his Leſſon to the Maſter." *To which I ſhall add, that Experience ſhews us, that little Boys have artful Cunning enough to cheat themſelves and their Maſter, when they have ſo fair an Opportunity to do it.*

There is one Thing that I cannot help mentioning of Mr. Clarke. *When the Words of the* Latin *Colloquies would not well admit of a* literal *Tranſlation, he made ſo free with the Author he was tranſlating, as to alter his Language; whereby the* Latin *is rendered low and bald, that the* Tranſlation *might be ſmooth and elegant;*

* Preface to *Eraſmus.*

elegant; for which I shall neither blame nor commend him: But I think M. Cordier *had no Justice done him, when he was made to write bad* Latin, *that his Translator might write good* English.

The Publisher of a posthumous Piece of Mr. Clarke's *has, in my Opinion, paid him an injudicious Compliment*; unless he would be understood to speak of his* free *Translations only. For Propriety of Language† is not the thing aimed at in* literal *Versions. I hope no Complaint will be made of Want of Elegancy in the Translation here published, whereby nothing more is intended, than to teach Children the literal meaning of* Latin *Words.*

One inconveniency which attends the Use of Translations will be effectually remedied by the Manner in which this Translation is printed: I mean the Learner's being liable to be mistaken about the Signification of the Latin *Words, or what* English *Words answer to the* Latin. *The Idioms of the* English *and* Latin *Tongue being very different, 'tis not possible so to contrive a* verbal *Version, as to have one* English *Word answering to every* Latin *Word; and when the* English *and* Latin *are printed in different Pages, or Columns, if the unskilful Learner happens not to set out right, he learns to construe every word wrong, till he comes to the End of the Paragraph. Neither are the Means used by Mr.* Clarke, *viz. putting the corresponding Word, in each Language, in the same Character, and using the* Roman *and* Italick *alternately, "sufficient to prevent all Possibility of mistaking."*

I have little to say of the Analysis, *but that I have followed the Plan of Dr.* Bennet *in his* Analysis *of the Book of* Obadiah, *and six first* Hebrew *Psalms; which Work is found to be very serviceable to the Beginners in the* Hebrew *Tongue.*

Perhaps it may be necessary to observe, that as the Optative, Subjunctive, *and* Potential, *are all one Mood in the* Latin; *so to avoid puzzling Children with unnecessary Distinctions‡, some modern Grammarians have thought it the best Way to call it always by one Name. Thus in the two* Westminster, *and Mr.* Holmes's Grammar, *'tis called* Potential; *and Mr.* Clarke *gives it the Name of* Subjunctive *only. Now, in order to make this* Analysis *of general Use, and to adapt it, as well as possible, to every Method of Instruction, I have used the Names in this Manner,* subj. [poten.] *or* optat. [poten.] *&c. I own, Children cannot be supposed to be so well skilled in* Metaphysics, *as to be able to distinguish, accurately, when* Contingency *and when* Potentiality *is*

* See *Supplement* to the *Introduction to the making of* Latin.

† See Mr. *Clarke*'s Preface to *Erasmus.*

‡ See *Robotham*'s Pref. to *Comen. Jan. Ling. Ruddiman*'s Grammar, and *Oxford* Annotat. *p.* 49.

implied in the Signification of the Verb; *and conſequently are unable to tell when the Verb is* Subjunctive, *and when* Potential; *yet, I think it neceſſary that they ſhould be informed, that after the Particles* ut, quod, an, ſi, cum, quin, poſtquam, *&c. this Mood is commonly to be rendered by* Indicative *Signs: And as the Criticks will not allow* ſit, *let him be*; legamus, *let us read*, &c. *to be the* Imperative *Mood, ſuch Words are therefore referred to the* Potential *or* Subjunctive *Mood*; *or reſolved thus,* [poten.] imperat.

The Particles *are for the moſt Part called by the general Name of undeclinable Words; it being needleſs to perplex Children by ranging them under the ſeveral Heads of* Adverbs, Conjunctions, Prepoſitions, *and* Interjections: *Neither are Grammarians agreed under which Head ſeveral* Particles *ought to be placed. Yet* Conjunctions *that couple like Caſes, and Moods and Tenſes, and* Prepoſitions *that govern Caſes, ought to be pointed out to Children.*

Leſt the Analyſis *ſhould be thought erroneous or deficient, in not diſtinguiſhing* Neuter *from* Active *Verbs; I thought it neceſſary to ſay, that ſuch Verbs as have no paſſive Voice, yet ſignify* Actively, *but whoſe Actions terminate in themſelves, as* curro, *to run,* ſto *to ſtand,* ſurgo, *to ariſe, are improperly call'd* Neuter. *If it be at all neceſſary to diſtinguiſh them from Verbs Active* tranſient, *it would be moſt proper, with Mr.* Johnſon *, *to call them Active* immanent; *or, with Mr.* Holmes †, *Verbs* abſolute. *Thoſe Verbs that are properly* Neuter, *or* Paſſive deponent, (i. e.) *that have a* Paſſive *Signification, but* Active *Endings, I believe, are every where taken Notice of.*

The whole Collection of Colloquies had been tranſlated and analyſed, but that it was found it would have ſwelled the Book to too great a Bulk, and made it dear to the Purchaſer. And if the Teacher makes his Pupil go carefully twice over the Colloquies that are tranſlated and analyſed, and ſees that he is quite Maſter of them, he will be able (ſhould it be thought neceſſary) to go thro' the reſt with very little Aſſiſtance. Every Word, in the ſix firſt Colloquies, is taken notice of in the Analyſis: *But afterwards, the Words that have been frequently mentioned before, and Words that have no Difficulty in them, are paſſed over.*

The Alteration made in the Poſition of the Author's Words, will make the Colloquies ſound leſs elegant to a Latin *Ear. But as the intricate Order of the Words, when elegantly placed, is found to be a great Hindrance to the Progreſs of a young Scholar, the Advantage that a Learner will receive from it, is a ſufficient Apology, and will atone for the Injury done the Author.*

* *Vide* Gram. Comm. † *Vide Mr.* Holmes's Grammar.

Matburini

Mathurini Corderii

COLLOQUIA SELECTA:

OR,

Select Colloquies

OF

MATHURIN CORDIER.

PART I.

COLLOQUIUM I.

M. Cord. *Coll.* 1. *Lib.* I.

BERNARDUS, CLAUDIUS.

SALVE, Claudî. *C.* Tu ſis ſalvus quoque, Bernarde. *B.* Ludamus pauliſper. *C.* Quid ais, *ineptule?* vix ingreſſus es ſcholam, & loqueris jam de ludo? *B.* Nè iraſcaris, quæſo. *C.* Non iraſcor. *B. Cur* ergo exclamas ſic? *C.* Accuſo tuam ſtultitiam. *B.* Non licet ludere igitur? *C.* Imò licet, at cum tempus eſt. *B.* Vah! tu ſapis nimiùm. *C.* Utinam ſaperem tantùm ſatis; ſed mitte me, quæſo, ut repetam quæ erunt reddenda præceptori mox. *B.* Dicis æquum; ego volo quoque repetere te-cum, ſi placet tibi. *C.* Eho! quid eſt hoc? quid ſibi vult iſta tam ſubita mutatio? non-nè tu loquebaris modò de luſu? *B.* Loquebar quidem, ſed non ſeriò. *C.* Cur ſimulabas? *B.* Ut

 fabularer

fabularer paucis te-cum. *C.* Quid illud prodeſt? *B.* Rogas? *non-nè* audiviſti ex præceptore? *C.* Nunc non occurrit mihi; quid, inquam, prodeſt confabulari? *B.* Ad exercendos nos in Latinâ linguâ. *C.* Profectò putas rectè, & ego amo te magìs nunc. *B.* Habeo tibi gratiam; age, repetamus prælectionem, nam brevi præceptor aderit.

COLLOQUIUM II.

M. Cord. *Coll.* 2. *Lib.* I.

STEPHANIO, PRÆCEPTOR.

SAlve, Præceptor. *P.* Salvus ſis, mi Stephanio; unde venis tam multò manè? *S.* E noſtro cubiculo. *P.* Quando ſurrexiſti? *S.* Paulò ante ſextam, Præceptor. *P.* Quid ais? *S.* Sic eſt ut dico. *P.* Tu es nimis matutinus; quis expergefecit te? *S.* Meus frater. *P.* An precatus es Deum? *S.* Cum primùm frater pexuit me, precatus ſum. *P.* Quomodo? *S.* Flexis genibus, & manibus conjunctis, dixi Dominicam precationem, cum gratiarum actione. *P.* Quâ linguâ? *S. Anglicanâ*. *P.* O factum benè! quis miſit te ad me? *S.* Nemo. *P.* Quid ergo? *S.* Veni ultrò. *P.* Mi animule, quàm pulchrum eſt ſapere! nonnè eſt jentandi tempus? *S.* Nondum eſurio. *P.* Quid vis igitur? *S.* Volo reddere quotidiana nomina, ſi placet tibi audire me. *P.* Quidni placeret? tenes memoriâ igitur? *S.* Teneo, gratia Deo. *P.* Age, pronuncia. *S.* Sed ſoles præire Anglicè, & ego reſpondeo Latinè. *P.* Mones bene; oblitus eram iſtud penè; reſponde igitur.

COLLOQUIUM III.

M. Cord. *Coll.* 5. *Lib.* I.

CLAUDIUS, DURANDUS.

QUando vis prandere? *D.* Ego prandi jam. *C.* Quotâ horâ? *D.* Seſqui-octavâ. *C.* Prandetis tam manè igitur? *D.* Sic ſolemus ferè in æſtate, vos autem *quid facis?* *C.* Non prandemus ante ſeſqui-decimam, interdum ab undecimâ. *D.* Papæ! cur non citius? *C.* Pater eſt expectandus, dum redierit è cur[illegible]. Tu igitur non potes adeſſe

adeſſe *in aulâ in cantione pſalmorum*. *C.* Interſum admodùm rarò. *D.* Quomodò excuſaris? *C.* Exemptus ſum illo munere. *D.* Quis exemit te? *C.* Didaſcalus, monitu mei patris. *D.* Habent-nè omnes filii ſenatorum privilegium ejuſmodi? *C.* Habent modò patres jubeant. *D.* Nonnè poſſet mater dare tibi prandium ante reditum patris è ſenatu? *C.* Poſſet quidem, ſed pater vult expectari à me. *D.* Quamobrem? *C.* Quia ſic placet illi. *D.* Nunc tacendum eſt mihi, *nam* occluſiſti os. *C.* Cur tu es tam curioſus percontator? *D.* Sum puer, & pueri ſemper cupiunt ſcire aliquid novi. *C.* Fateor; at eſt modus in rebus, ut præceptor docet nos ſæpè. *D.* Ergo diſcedamus, ut conferas te pranſum. *C.* Ignoſce *mihi*, quæſo, ſi offenderim te quâ in re. *D.* Ego peto idem abs te; ego, inquam, potiùs, qui potui offendere te meâ loquacitate, ſed cogitans nihil mali interim.

COLLOQUIUM IV.

M. Cord. *Coll.* 8. *Lib.* I.

PUER, MAGISTER.

PRæceptor, licet-nè *dicere* pauca? *M.* Loquere audacter. *P.* Ego & mei condiſcipuli fuimus affixi libris ferè hoc toto triduo; licet-nè relaxare animum pauliſper ludo? *M.* Dic igitur aliquam ſententiam.

P. Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem.

M. Dic etiam Anglicos verſus, ſi tenes memoriâ.

P. *Mirth with thy Labour ſometimes put in Ure,*
That better thou thy Labour may'ſt endure.

M. Quàm rectè dixiſti omnia! *P.* Gratia *ſit* Deo. *M.* Addendum erit aliquid poſthàc. *P.* Quidnam, præceptor? *M.* Qui dedit mihi ingenium & bonam mentem. *P.* Sed quis docebit me iſta verba? *M.* Scribam ea tibi in tuo commentariolo, ut ediſcas; ſed dic mihi, quæſo, quis docuit te iſtam orationem quam pronunciâſti? *P.* Campanus dederat mihi herì ſcriptam, & ego mandavi memoriæ. *M.* Profectò ego amo te, mi Daniel, ob iſtam diligentiam.

P. Ago tibi gratias, præceptor; permittis-nè igitur ut ludamus? *M.* Sanè, abi renuncia tuis condiſcipulis. *P.* Faciam. *M.* Quid dices illis? *P.* Id quod docuiſti me aliquando. *M.* Sed volo audire priùs ex te. *P.* Gaudete pueri, en affero vobis jucundum nuncium, ego impetravi vobis poteſtatem ludendi. *M.* Euge! meminiſti probè; ito jam nunc.

COLLOQUIUM V.

M. Cord. *Coll.* 13. *Lib.* I.

CLEMENS, FELIX.

NIhil-nè eſt quod reddamus hodiè præceptori? *F.* Nihil niſi de rudimentis. *C.* Quidnam? *F.* Inſpice tuum librum; invenies notas in quinque lectiones, quas præceptor præſcripſit nobis. *C.* Quando fuit iſtud? *F.* Die Veneris, horâ quartâ. *C.* At ego non interfui tunc. *F.* Ergo meruiſti plagas. *C.* Siccinè judicas, ſevere judex? eram occupatus domi; nec aberam injuſſu præceptoris. *F.* Eſto, ſed tamen debuiſti poſtridiè quærere quid eſſet actum pridiè. *C.* Confiteor meam culpam; ſed cedo tuum librum, quæſo, ut videam quid ſit reddendum nobis. *F.* Accipe, & eâdem operâ ſignato quæ præſcripta ſunt nobis à præceptore. *C.* Faciam diligenter; neque poſthàc accuſabis me de negligentiâ, ut ſpero.

COLLOQUIUM VI.

M. Cord. *Coll.* 15. *Lib.* I.

SILVIUS, GENASIUS.

QUID agis? *G.* Repeto me-cum hodiernum præſcriptum præceptoris. *S.* Tenes-nè memoria? *G.* Sic opinor. *S.* Repetamus unà; ſic fiet, ut uterque noſtrûm pronunciet rectiùs coram præceptore. *G.* Tu incipe igitur, qui provocâſti me. *S.* Age, eſto attentus, nè ſinas me aberrare. *G.* Sum promptior ad audiendum, quàm tu ad pronunciandum.

COL-

COLLOQUIUM VII.

M. Cord. *Coll.* 16. *Lib.* I.

ACCURATUS, CURSIUS.

VIS-nè repetere prælectionem me-cum? *C.* Volo. *A.* Tenes-nè? *C.* Non rectè ſatis fortaſſe. *A.* Age, faciamus periculum. *C.* Quid igitur expectamus? *A.* Incipe ubi voles. *C.* Atqui eſt tuum potiùs incipere. *A.* Quid ita? *C.* Quia invitâſti me. *A.* Dicis æquum, attende igitur. *C.* Sum iſthic.

COLLOQUIUM VIII.

M. Cord. *Coll.* 17. *Lib.* I.

CRISPUS, SANDROTUS.

TEnes-nè jam, quæ ſunt reddenda tertiâ horâ? *S.* Teneo. *C.* Ego quoque. *S.* Ergo confabulemur pauliſper. *C.* Sed ſi monitor intervenerit, putabit nos garrire. *S.* Quid times, ubi nihil eſt timendum? ſi venerit, non deprehendet nos in otio, aut in malâ re; audiat, ſi velit, noſtrum colloquium. *C.* Loqueris optimè; ſecedamus aliquò in angulum, nè quis impediat nos.

COLLOQUIUM IX.

M. Cord. *Coll.* 18. *Lib.* I.

TRIMONDUS, MESSOR.

NON decet nos otiari, aut garrire híc, dum præceptor expectatur. *M.* Quid ais? non decet, imò, non licet, niſi volumus vapulare. *T.* Tu audi me igitur, dum pronuncio prælectionem; ego audiam te deinde. *M.* Age, pronuncia.

COLLOQUIUM X.

M. Cord. *Coll.* 20. *Lib.* I.

TITUS, VALERIUS.

CUR non ſcribis? *V.* Quia non libet. *T.* Atqui præceptor juſſit te. *V.* Scio, ſed eſt mihi aliquid legendum priùs; præterea, habeo nihil quod ſcribam nunc. *T.* O

ſi velles ſcribere mihi! *V.* Quidnam? *T.* Habeo *dictata* præceptoris ſcribenda. *V.* Quæ dictata? *T.* In epiſtolas Ciceronis. *V.* Deſcribam libenter tibi; ſed expecta proximum diem feriarum. *T.* Expectabo igitur, ſed ne fallas, quæſo. *V.* Nec ſciens, nec volens, fallam.

COLLOQUIUM XI.

M. Cord. *Coll.* 21. *Lib.* I.

DAVUS, AUDAX.

VIS-nè deſcribere prælectionem mihi? *A.* Cur non habes? *D.* Quia fui occupatus heſterno die. *A.* Accipe meum librum, & deſcribe. *D.* Non ignoras me ſcribere lentiùs, & tu deſcripſeris totum citiùs quàm ego quatuor aut quinque verſiculos. *A.* Quære alium ſcriptorem tibi, non poſſum dare operam tibi nunc. *D.* Cur non? *A.* Eſt mihi aliud negotium, idemque per neceſſarium. *D.* Nolo urgere te, nec poſſum quidem, ſed ſaltem commoda tuum codicem. *A.* Accipe, utere ut libet, modò nè abutare. *D.* Eſt nihil quod verearis hìc.

COLLOQUIUM XII.

M. Cord. *Coll.* 23. *Lib.* I.

PÆDAGOGUS, PUER.

UNDE venis? *Pu.* Venio infernè. *P.* Quod negotium erat tibi infernè? *Pu.* Iveram redditum urinam. *P.* Sede nunc ad menſam, & mane in cubiculo, *donec rediero*. *Pu.* Quidnam agam interea? *P.* Diſcito prælectionem in craſtinum diem, ut reddas eam mihi *ante* cœnam. *Pu.* Edidici jam, præceptor. *P.* Lude igitur. *Pu.* Sed habeo nullos colluſores. *P.* Invenies multos ſatis in hac viciniâ, ex tuis condiſcipulis etiàm. *Pu.* Nihil curo id nunc; malim (ſi placet tibi) ediſcere de catechiſmo in Dominicum diem. *P.* Ut libet. *Pu.* Si quis quærat te, quid dicam illi? *P.* Dic me prodiiſſe, ſed reverſurum mox.

COLLOQUIUM XIII.

M. Cord. *Coll.* 24. *Lib.* I.

PÆDAGOGUS, ABRAHAMUS.

HEùs, Abrahame. *A.* Hem, præceptor, quid agitur? *P.* Pone libros, jam ſtuduiſti ſatis toto die; para te, ut eamus ambulatum. *A.* Non-nè præſtaret à cœnâ? *P.* Exercitatio corporis eſt ſalubrior ante cibum. *A.* Memini audiviſſe ex te. *P.* Narra dictum Socratis in eam ſententiam. *A.* Cum Socrates ambularet contentiùs uſque ad veſperum, interrogatus quare faceret id, reſpondit, Se obſonare famem ambulando, quò cœnaret meliùs. *P.* Meminiſti probè; qüis eſt auctor? *A.* Cicero: ſed quonàm prodibimus, præceptor? *P.* Extra urbem. *A.* Mutabo-nè calceos? *P.* Muta, nè conſpergas iſtos novos pulvere; ſume etiam umbellam, nè ardor ſolis *infuſcet* faciem tibi. *A* Jam ſum paratus. *P.* Nunc ſanè prodeamus. *A.* Vocabo-nè unum comitem aut alterum ex *viciniâ*? *P.* Admones rectè; ſic enim deambulatio erit jucundior, nam conferetis ſermones inter vos per viam, & colludetis alicubi in umbrâ. *A.* Sic etiam appetentia *cibi* excitabitur. *P.* Ego præcedam lento gradu; ubi nactus eris comites, vos ſequimini me per *ripariam* portam. *A.* Expectabis nos illic igitur? *P.* Certo. *A.* Quid ſi invenero nullos? *P.* Nihilominùs ſequere me: audiſti me? *A.* Audivi, præceptor.

COLLOQUIUM XIV.

M. Cord. *Coll.* 30. *Lib.* I.

OTHOMANUS, PHILOBERTUS.

VIs-nè dare mihi unicam pennam? *P.* Non dantur mihi ſic. *O. Hem!* negas mihi tantillam rem? quid ſi rogarem magnum quiddam? *P.* Fortaſſe ferres repulſam. *O.* Credo equidem, ergo non peto dono: commodabis ſaltem? *P.* Non recuſo, modo nè abutare. *O.* Non abutar. *P.* Cave *nè* moveas pedem hinc antequam redeam. *O.* Movebo nuſquam.

COL-

COLLOQUIUM XV.

M. Cord. *Coll.* 32. *Lib.* I.

PICTONUS, JOSUE.

HAbes-nè duas aut tres pennas? *J.* Sunt mihi tantùm duæ. *P.* Da commodatò mihi unam. *J.* Non faciam. *P.* Cur non? *J.* Nè abutaris. *P.* Memineris; fortaſſe aliquando rogabis me aliquid fruſtrà. *J.* Atqui Chriſtus jubet nos compenſare malum bono. *P.* Nondum didici illud. *J.* Tamen diſcas oportet, ſi cupis eſſe diſcipulus Chriſti. *P.* Quid cupio magis? *J.* Diſce igitur imitari magiſtrum. *P.* Diſcam progreſſu temporis. *J.* Præſtat incipere nunc, dum licet per tempus. *P.* Urges nimis, nondum complevi octavum annum, ut mater ait. *J.* Eſt ſemper tempus agendi benè; ſed interim nè ſuccenſeas mihi, quæſo; jocabar enim, ut invitarem te ad colloquendum tantiſper dum ſumus otioſi: ecce penna tibi, ea-que non omnino peſſima. *P.* Reddam tibi ſtatim, cum deſcripſero aliquid. *J.* Nolo reddas mihi. *P.* Quid faciam igitur? *J.* Quicquid voles, nam datur tibi dono à me. *P.* Habeo maximam gratiam.

COLLOQUIUM XVI.

M. Cord. *Coll.* 33. *Lib.* I.

HENRICUS, GUALTERUS.

UNdè venis tam anhelus? *G.* A foro. *H.* Quid affers illinc? *G.* Scalpellum. *H.* Quanti emiſti? *G.* Duobus aſſibus. *H.* Eſt-nè bonum? *G.* Eſt à Germaniâ, ut mercator dixit: vide notam. *H.* Ego minimè novi, ſed non facis prudenter ſatis, qui fidis cuilibet mercatori. *G.* Quid facerem? *H.* Debuiſti adhibere aliquem peritum, qui deligeret optimum tibi. *G.* Erravi fateor, ſed hoc conſolatur me, quòd mercator habetur bonus vir, utpote Evangelicæ profeſſionis. *H.* Quaſi ſunt nulla fallaces ejuſmodi. *G.* Puto eſſe plurimos; ſed omittamus hæc, quin potiùs experiamur ſcalpellum ipſum. *H.* Experientia docebit nos. *G.* Accipe & tenta, obſecro, nam non probavi niſi leviſſimè, id-que inter emendum. *H.* Papæ! quis docuit te eligere

gere tam prudenter? *G.* Rogas? non meministi præceptorem dicere nobis tam sæpè, esse Deum solum qui doceat bona? *H.* Profectò docuit te optimè hìc. *G.* Ago illi gratias ex animo; & precor ut doceat me parere suæ voluntati semper. *H.* Ego quoque precor idem; nec solùm nobis, sed etiam omnibus piis. *G.* Facis ut decet pium puerum: sed est-nè tempus ut conferamus nos in auditorium? *H.* Sic est, sume libros, ut eamus unà.

COLLOQUIUM XVII.

M. Cord. *Coll.* 35. *Lib.* I.

SORDETUS, MANASSES.

COëmisti-nè scalpellum, ut nuper volebas? *M.* Non emi. *S.* Quid obstitit? nam dixeras mihi te empturum hodiè. *M.* Dixeram quidem; sed postea venit mihi in mentem, præstare ut expectem mercatum futurum proximè in hâc ipsa urbe. *S.* Quid lucri facies inde? *M.* Emam minoris, & melioris notæ, nempe, ex officinis Germaniæ. *S.* Quis dedit tibi istud consilium? *M.* Noster Hieronymus. *S.* Fecit benè, nam debemus dare bonum consilium semper amicis. *M.* Tantùm-nè amicis igitur? *S.* Imò & inimicis fateor, quia Christus noster optimus præceptor jubet sic. *M.* Utinam conservemus ejus doctrinam bene infixam memoriæ, ac sequamur eam perpetuò. *S.* Ille bonus Spiritus faxit, cujus unius instinctu nostri animi accenduntur ad agendum benè.

COLLOQUIUM XVIII.

M. Cord. *Coll.* 36. *Lib.* I.

SIMEON, HAGGANUS.

COmmoda mihi tuum Virgilium in duos dies, si id potest fieri nullo incommodo tuo. *H.* Profectò non possum. *S.* Cur non? *H.* Quia Gerardus, qui recepisset commodato à me, oppositi pignori. *S.* Ain' tu, pignori? *H.* Sic est ut dico. *S.* Quanti oppignoravit? *H.* Tribus assibus, ut ait. *S.* O ingratum hominem! *H.* Tantum-nè ingratum? *S.* Imò verò, & ingratum & malum. Sed nunquid ille potuit oppignorare rem tuam te inconsulto? *H.* Potuit,

ut

ut vides factum. *S.* Tamen non debuit. *H.* Tetigisti rem acu; sed quid facerem? *S.* Rogas? defer eum ad præceptorem. *H.* Malo pati istam injuriam, quàm committere ut miser vapulet. *S.* Facis benè, dummodò reddat tuum. *H.* Reddet, spero. *S.* Unde redderet? *H.* Ait se acceptorum pecuniam à patre brevi. *S.* Quid si fallat te? *H.* Potest fieri, sed tamen expectabo aliquot dies quid sit futurum; deinde capiam consilium. *S.* Nihil est tutius recto consilio. *H.* Meministi probè, nam sic præceptor dictavit nobis: sed nunquid vis aliud? *S.* Ut sit bene tibi. *H.* Et optimè tibi.

COLLOQUIUM XIX.

M. Cord. *Coll.* 37. *Lib.* I.

GRUANUS, FORESTUS.

VIS-nè commodare mihi tuum Terentium? *F.* Volo equidem, modò repetas illum à Conrado, cui dedi utendum. *G.* Quo signo vis repetam? *F.* Nempe hoc, quod habeo ejus epistolas. *G.* Id est satis mihi. *F.* Sed quando reddes? *G.* Quum descripsero contextum in tres aut quatuor prælectiones. *F.* Matura igitur, ne incommodes meo studio. *G.* Maturabo. *F.* Sed heùs, *cura* nè macules, alioquin ægrè commodabo posthàc. *G.* Nempe essem indignus beneficio.

COLLOQUIUM XX.

M. Cord. *Coll.* 38. *Lib.* I.

AUGUSTINUS, RODIGUS.

QUIS novus deauratus liber est iste, quem ostentas tam magnifice? *R.* Terentius. *A.* Ubi *fuit* impressus? *R.* Lutetiæ. *A.* Quis dedit eum tibi? *R.* Emi meâ pecuniâ. *A.* Unde nactus eras pecuniam? *R.* Quæris istud stultò, quasi verò furatus sim. *A.* Absit à me cogitare istud: sed interrogabam animi causâ. *R.* Nec ego reprehendi tuum dictum seriò; sed solemus jocari eo more cum familiaribus. *A.* Nihil prohibet jocari, modò Deus nè offendatur. Sed age, revertamur ad propositum: de quo emisti illum Terentium? *R.* De Clemente. *A.* Illo-nè circumforaneo bibliopolâ? *R.* Maximè. *A.* Quanti constitit? *R.* Decem

R. Decem aſſibus. *A.* Nihil-nè ampliùs? *R.* Nihil omninò. *A.* Profectò pretium eſt vile ſatis, præſertim cum ſit auratus, & adeò eleganter compactus; erant-nè alii codices ſimiles? *R.* Duo vel tres. *A.* Deduc me, quæſo, ad illum. *R.* Eamus.

COLLOQUIUM XXI.

M. Cord. *Coll.* 39. *Lib.* I.

ALARDUS, BALDUS.

NOnnè eſt hic liber tuus? *B.* Oſtende mihi; agnoſco meum; ubi inveniſti? *A.* In auditorio noſtro. *B.* Ago tibi gratias quòd collegeris eum. *A.* Atqui nunc eſſes notandus, ſi vellem agere tecum ſummo jure. *B.* Quid ita? *A.* Neſcis noſtras ſcholaſticas leges? *B.* Etiam ipſæ leges cupiunt regi jure. *A.* Quo jure noſtræ leges reguntur? *B.* Æquitate & præceptoris arbitrio, qui *condidit* eas nobis privatim. Prætereà, non ſolet eſſe tam ſeverus in eo quod peccatum eſt vel negligentiâ vel oblivione. *A.* Ego expertus ſum ſæpiùs ſic; ſed quoquomodò peccaveris, cauſa dicenda erit coram obſervatore. *B.* Non timeo dicere cauſam ubi eſt nihil periculi. *A.* Taceo. *B.* Sed, quæſo, quid opus eſt ut obſervator ſciat id? nam Deus non offenſus eſt hìc. *A.* Age, celabo. *B.* Facias benè. *A.* Sed heùs, memento referre par pari, ſi forte delictum ejuſmodi aliquando acciderit mihi. *B.* Dicis æquum & bonum; meminero.

COLLOQUIUM XXII.

M. Cord. *Coll.* 38. *Lib.* I.

NOÆUS, CAPELLUS.

VIdiſti-nè meum librum? *C.* Quem librum quæris? *N.* Epiſtolas Ciceronis. *C.* Ubi reliquiſti? *N.* Oblitus ſum in auditorio. *C.* Fuit tua negligentia. *N.* Fateor; ſed interim indica, ſi ſcias quem accepiſſe. *C.* Cur non adis præceptorem? ſo'et (ut ſcis) aut ferre ea quæ relicta ſunt à nobis in muſeolum, aut dare alicui qui reddat. *N.* Mones benè; quam oblivioſus ſum qui non cogitaveram iſtud!

COL-

COLLOQUIUM XXIII.

M. Cord. *Coll.* 43. *Lib.* I.

DAVID, NICOLAUS.

POtes-nè dare *mutuò* mihi aliquantulum pecuniæ? *N.* Quantum petis? *D.* Quinque aſſes, ſi eſt commodum tibi. *N.* Non habeo tot. *D.* Quot igitur. *N.* Tantum quatuor. *D.* Benè ſanè, da mihi iſtos quatuor. *N.* Dabo dimidium ſi vis. *D.* Cur non totum? *N.* Quia duo ſunt opus mihi. *D.* Da *mihi* duos igitur, quæſo. *N.* Sed non ſufficient tibi. *D.* Petam ab aliquo alio. *N.* Accipe hos duos igitur. Quando reddes? *D.* Die *Saturni* (ut ſpero), cum pater venerit ad forum. *N.* Eſto memor igitur. *D.* Ne timeas.

COLLOQUIUM XXIV.

M. Cord. *Coll.* 44. *Lib.* I.

PAQUETUS, CUSTOS.

DA mutuò mihi duos aſſes. *C.* Nunc non eſt promptum mihi dare *mutuò*. *P.* Quid obſtat? Scio te accepiſſe pecuniam hiſce diebus. *C.* Accepi quidem, ſed libri ſunt emendi, & alia neceſſaria mihi. *P.* Nolo remorari tuum commodum. *C.* Ubi emero quæ ſunt opus mihi, ſi quid ſuperſit, faciam te participem libenter. *P.* Intereà igitur expectabo ſperans; ſed quid ſi nihil ſuperfuerit tibi? *C.* Dicam tibi ſtatim, nè expectes diutiùs fruſtrà. *P.* Quando emes ea quæ decreviſti? *C.* Cras ut ſpero, aut ad ſummum perendiè. *P.* Habet benè, tempus eſt breviſſimum.

COLLOQUIUM XXV.

M. Cord. *Coll.* 45. *Lib.* I.

MORELLUS, BORUSSADUS.

ABiit-nè tuus pater? *B.* Abiit. *M.* Quotâ horâ? *B.* Primâ pomeridianâ. *M.* Quid dixit tibi. *B.* Monuit me multis verbis ut ſtuderem diligenter. *M.* Utinam facias ſic. *B.* Faciam Deo juvante. *M.* Dedit-nè tibi ecquid

quid pecuniæ? *B.* Dedit, ut ſolet ferè. *M.* Quantum? *B.* Nihil ad te. *M.* Fateor; ſed tamen quid facies iſtâ pecuniâ? *B.* Emam chartam, & alia quæ ſunt uſui mihi. *M.* Quid ſi amiſeris? *B.* Ferendum erit æquo animo. *M.* Quid ſi fortè eguero, dabis-nè mutuò? *B.* Dabo mutuò, & libenter quidem. *M.* Ago tibi gratias.

COLLOQUIUM XXVI.

M. Cord. *Coll.* 49. *Lib.* I.

DISCIP. PRÆCEPTOR.

VIs-nè dare præmiolum, præceptor? *P.* Quamobrem? *D.* Cauſa victoriæ. *P.* Ubi ſunt tui compares? *D.* Hugo & Audax adſunt. *P.* Heùs nomenclator! ſuntnè hi victores *hâc hebdomade?* *D.* Habent pauciſſimas notas omnium. *P.* Ergò ſunt victores: quid aliud quæro ex te? quod præmium petitis igitur? *D.* Quod placuerit tibi. *P.* Quo jure debeo tandem? *D.* Ex promiſſo. *P.* Dicitis æquum; nam quicquid eſt rectè promiſſum debet præſtari. *D.* Sic didicimus ex te. *P.* Ecce vobis pennæ ſingulæ ad ſcribendum; ac nè putetis eſſe vulgares, ſunt ex genere earum quæ appellantur vulgò Hollandicæ. *D.* Agimus *tibi* gratias, præceptor. *P.* Quin potiùs agite gratias Deo, auctori omnium bonorum, qui dat proſperos ſucceſſus ſtudiis veſtris; autem vos pergite diligenter in ſtudio literarum. *D.* Dabimus operam, quantum ille optimus Pater juvabit. *P.* Omnia ſunt vana ſine ejus ope.

COLLOQUIUM XXVII.

M. Cord. *Coll.* 58. *Lib.* I.

ORONTIUS, QUINTUS.

QUID es ita lætus? *Q.* Quia pater venit. *O.* Ain' tu? unde venit? *Q.* Lutetiâ. *O.* Quando advenit? *Q.* Modò. *O.* Jam-nè ſalutâſti? *Q.* Salutavi quum deſcenderet ex equo. *O.* Quid ampliùs feciſti illi? *Q.* Detraxi calcaria & ocreas. *O.* Miror te non manſiſſe domi propter ejus adventum. *Q.* Nec ille permiſiſſet, nec ego vellem,

vellem, præſertim nunc, cum prælectio eſt audienda. *O.* Conſulis bene tibi, qui habes rationem temporis: ſed quid præterea, valet-nè? *Q.* Rectè, Dei beneficio. *O.* Equidem plurimùm gaudeo, tuâ cauſâ, & ejus, quod redierit peregrè ſalvus. *Q.* Facis ut decet amicum; ſed colloquemur cras pluribus verbis. *O.* Vide præceptorem, qui jam ingreditur ſcholam. *Q.* Eamus auditum prælectionem.

COLLOQUIUM XXVIII.

M. Cord. *Coll.* 60. *Lib.* I.

SULPITIUS, ROGERIUS.

CUR abfuiſti hodie manè? *R.* Eram occupatus. *S.* In quo negotio? *R.* In ſcribendis literis ad matrem. *S.* Quid opus erat ſcribere illi? *R.* Quia ſcripſerat ad me. *S.* Reſcripſiſti ergò? *R.* Loqueris propriè. *S.* Unde miſerat tibi literas? *R.* Rure, nempe, ex noſtrâ villâ. *S.* Quando profecta eſt rus? *R.* Superioribus diebus. *S.* Quid agit ruri? *R.* Curat noſtra ruſtica negotia. *S.* Quid potiſſimùm? *R.* Præparat ea quæ ſunt opus ad proximam vindemiam. *S.* Agit prudenter. *R.* Unde probares iſtud? *S.* Nam in omnibus rebus præparatio diligens eſt adhibenda. *R.* Quis docuit te iſtud? *S.* Quidam pædagogus dictavit è Cicerone. *R.* Quâ occaſione? *S.* Cum admoneret me, ut pararem me diligenter ad reddendam hebdomadam poſtero die. *R.* Profectò monebat rectè. *S.* Sed revertamur ad propoſitum: non habetis villicum, qui curet ruri veſtra negotia? *R.* Imò, habemus & villicum, & famulos, & ancillas. *S.* Quid opus eſt igitur operâ tuæ matris illic? *R.* Quia novit meliùs providere omnibus rebus quàm iſti imperiti ruricolæ. *S.* Nihil-nè ampliùs? *R.* Sine me finire propoſitum. *S.* Putabam te abſolviſſe: perge. *R.* Etiam, (ut audivi ex patre) præcipua cura domini requiritur in adminiſtrandâ re familiari. *S.* Ergò tuus pater deberet eſſe potiùs nunc ad villam. *R.* Non poteſt. *S.* *Quid prohibet?* *R.* Quia eſt totus occupatus in ſuâ arte. *S.* Percipit majorem fructum ex eâ re, ut opinor. *R.* Quis dubitat? *S.* Inde fit igitur ut relinquat omnem curam domeſticæ rei uxori? *R.* Eſt omninò ſic. *S.* Sed quando eſt mater reverſura? *R.* Vix ante vindemiam perfectam. *S.* Quid tu non ibis vindemiatum? *R.* Accerſar brevi à matre,

matre, ut ſpero. Sed, quæſo te, quid cogitamus? Jam omnes currunt in auditorium. *S.* Bene res habet, curramus & nos, nè ſimus poſtremi.

COLLOQUIA

EXCERPTA EX

MATH. CORDERII

LIBRO SECUNDO.

COLLOQUIUM I.

M. Cord. *Coll.* 6. *Lib.* II.

OBSERVATOR, PUERI.

AT at! ecce nunc eſtis capti; *non* fatemini? *P.* Certè fatemur ingenuè; ſed non dicebamus mala verba: quæſo te, mi Nicolae, noli notare nos. *O.* Quid garriebatis? audivi neſcio quid de jentaculo. *P.* Illud eſt, loquebamur de jentaculo matutino; quia famulus non dederat nobis in tempore. *O.* Puto id fuiſſe, nec certè eſt valdè magnum malum, niſi quòd ſunt otioſa verba. *P.* Sed loquebamur Latinè. *O.* Audivi, ſed non erat *tempus* fabulandi; nam, ut ſcitis, hoc pauſillum temporis à merendâ debet eſſe valdè pretioſum nobis, quum ſit dicatum ſtudiis; ſcilicet, ut quiſque præparet ſe diligenter ad reddenda ea *præceptoribus* quæ præſcripſerunt. Nonnè dico verum? *P.* Certè dicis verum; nos debuiſſemus legere ſimul de Teſtamento, quæ oportebit reddere mox: ſed ignoſce, precor, ſuaviſſime Nicolae, erimus poſthàc prudentiores, & faciemus noſtrum officium diligentiùs. *O.* Si feceritis ſic, præceptor amabit vos tanquam minuta ſua inteſtina: nonnè videtis quemadmodum diligat bonos & ſtudioſos pueros? nec amat ſolùm, ſed etiam laudat & præmiolis afficit. *P.* Scimus iſta & experimur quotidiè. *O.* Mementote ergò, & facite promiſſa. *P.* Tacebis hanc culpam igitur? *O.* Tacebo, ſed eâ lege, ut caveatis recidere. *P.* Cavebimus, *Chriſto* favente.

COL.

COLLOQUIUM II.

M. Cord. *Coll.* 7. *Lib.* II.

NOMENCLATOR, PUER.

UBI eſt tuus frater? *P.* Ivit domum modò. *N.* Quid eò? *P.* Petitum nobis obſonium. *N.* Quid opus eſt vobis obſonio nunc? *P.* In merendam. *N.* An non habetis in arcâ veſtrâ? *P.* Non. *N.* Quid ita non? *P.* Quia mater non ſolet dare nobis obſonium, niſi in præſens tempus. *N.* Nempe, quia novit vos eſſe guloſos. *P.* Quomodò ſumus guloſi? *N.* Quia fortaſſe devoratis uno convictu quod datum fuerat in tres. *P.* Tace, ego dicam præceptori te vocare nos guloſos. *N.* Tace, ego dicam præceptori fratrem tuum agere nihil aliud quàm diſcurrere. *P.* Atqui non ſolet prodire, niſi cum bonâ veniâ præceptoris. *N.* Atqui fallit præceptorem. *P.* Quomodò fallit eum? *N.* Nam non eſt mens præceptoris, ut prodeat ter quotidiè. *P.* Sine illum venire, videbis quid reſpondeat. *N.* Imò ille *videat* quid reſpondeat præceptori.

COLLOQUIUM III.

M. Cord. *Coll.* 10. *Lib.* II.

DAVINUS, MAJUS.

QUID mater dedit tibi in merendam? *M.* Vide. *D.* Eſt caro, ſed qualis? *M.* Bubula. *D.* Utrùm *eſt* recens an ſalſa? *M.* Eſt bubula ſalita. *D.* Utrum *eſt* pinguis an macra? *M.* Eho inepte, nonnè vides eſſe macram? *D.* An non malles eſſe vitulinam aut vervecinam? *M.* Utraque eſt bona, ſed in omni genere hœdina ſapit mihi, præſertim aſſa. *D.* Hem delicatule, habes-nè tam doctum palatum? *M.* Dico ut ſentio, non enim eſt mentiendum. *D.* Mendacia abſint à nobis, nam ſumus filii Dei, & fratres Chriſti, qui eſt veritas ipſa; ut ipſe, loquens de ſe, teſtatur. *M.* Sed ad rem; veſcor quoque libenter ſuillâ, aſperſâ modico ſale, & benè coctâ. *D.* O mirificam gratiam Dei! qui dat nobis tot genera opſoniorum, & tam bona. *M.* Quot pauperes putas eſſe in hac urbe, qui victitant hordaceo pane ſolo, neque tamen ad ſaturitatem?

D. Non

D. Non dubito esse multos, præsertim tantâ caritate annonæ. *M.* Itaque quantas gratias debemus agere Deo, in tantâ copiâ bonarum rerum? Quas laudes *debemus* dicere illi? *D.* Magnificè prædicemus ejus beneficia igitur; atque interim precemur ut misereatur inopiæ suorum pauperum. *M.* Utinam ipse afficiat corda nostra suo spiritu penitùs ad eam rem. *D.* Ita precor.

COLLOQUIUM IV.

M. Cord. *Coll.* 11. *Lib.* II.

ARNOLDUS, BESONUS,

QUID rides? *B.* Nescio. *A.* Nescis? *est* magnum signum stultitiæ. *B.* Vocas me stultum igitur? *A.* Minimè verò; sed dico tibi esse argumentum stultitiæ, *cum* quis ridet, & nescit causam ridendi. *B.* Quid est stultitia? *A.* Si evolvas Catonem diligenter, invenies istud quod quæris. *B.* Nunc non habeo Catonem meum, & volo agere aliam rem. *A.* Quod negotium habes? *B.* Habeo aliquid de rudimentis *ediscendum*. *A.* Interim, quæris fabulari, ineptule? *B.* Dic mihi, quæso, de stultitiâ in Catone. *A.* "Est summa prudentia simulare stultitiam loco:" an non didicisti hoc? *B.* Imò, sed non recordabar. *A.* Quum eris domi, inspice librum tuum. *B.* O quantas gratias ago tibi! ego proponam istam quæstionem alicui, qui non poterit respondere mihi, & sic erit victus. *A.* Tace, puer, tace, & stude nè vapules. *B.* Non multùm curo; ego teneo prælectionem ferè. *A.* Nisi taceas, dicam observatori, qui notabit te statim. *B.* Mane, dicam nihil amplius. *A.* Sed memento id quod dixi tibi. *B.* Quid est? *A.* Nè rideas unquam sine causâ. *B.* Sed non est malum ridere. *A.* Non dico istud. *B.* Quid igitur? *A.* *Est* stultum ridere sine causâ. *B.* Nunc intelligo. *A.* Recordare sæpe.

COLLOQUIUM V.

M. Cord. *Coll.* 14. *Lib.* II.

DAVUS, BAILLENUS.

QUando es profecturus domum? *B.* Cràs, Deo juvante. *D.* Quis jussit? *B.* Pater. *D.* Sed quando jussit? *B.* Scrip-

B. Scripſit ad me ſuperiore hebdomade. *D.* Quo die accepiſti literas? *B.* Die Veneris. *D.* Quid literæ continebant prætereà? *B.* Omnes rectè valere, & initium vindemiæ fore proximis diebus. *D.* O fortunatum *puerum*, qui properas vindemiatum! *B.* Vis dicam patri meo, ut accerſat te? *D.* Quàm gratum faceres mihi! ſed vereor ut nolit. *B.* Imò, gaudebit, cum propter noſtram conjunctionem, tum verò quia & colloquendo Latinè exercebimus nos, & conferemus unà interdùm de ſtudiis. *D.* Ah! totus exilio gaudio. Amabo te, cura id, mi animule. *B.* Senties; interim precemur Deum, ut vertat noſtra dicta, facta, & conſilia in gloriam ſui nominis. *D.* Mones benè, & certè expedit facere ita.

COLLOQUIUM VI.

M. Cord. *Coll.* 23. *Lib.* II.

PUTEANUS, VICTATUS.

NEſcis vetitum eſſe *loqui* ſubmiſſè inter nos? *V.* Quidni ſcirem, cum præceptor inculcet nobis cauſas ejus rei tam ſæpe? *P.* Cur igitur faciebas contrà modò? *V.* Quia Iſaias cœperat alloqui me ita. *P.* Quid tum? debuiſti admonere illum, non imitari. *V.* Debui, ſed tum non venit in mentem. *P.* Sed interim es notandus. *V.* Minime vero, niſi vis eſſe ſeverior ipſo præceptore. *P.* Dic mihi cauſam. *V.* Quia præceptor vetat quempiam notari, qui ſponte agnoverit delictum, modò nè ſit tale factum quod interdictum ſit verbo Dei. *P.* Nonnè præceptum eſt à Deo ut obediamus parentibus? *V.* *Illud* eſt quintum præceptum decalogi. *P.* Atqui (ut habemus in catechiſmo) *iſtud* præceptum patet latiùs: nam *ſub* nomine parentum complectitur præceptores, magiſtratus, & denique omnes quibus Deus ſubjecit nos. *V.* Equidem non nego eſſe vera quæ narras, ſed malo conſulere præceptorem, quàm diſputare te-cum; alioquì induceres me in majus malum, quod eſt vitium contentionis, multò magìs vetitum à præceptore. *P.* Dicis æquum; memineris igitur admonere præceptorem, quum exiget rationes à nobis. *V.* Nè putes me obliturum, præſertim cum mea res agitur.

COL-

COLLOQUIUM VII.

M. Cord. *Coll.* 24. *Lib.* II.

CREDITOR, DEBITOR.

Quando expectas reditum patris? *D.* Ad octavum diem hinc. *C.* Quî ſcis diem? *D.* Pater ipſe ſcripſit ad me. *C.* Adventus ejus, ut ſpero, ditabit te. *D.* Ero ditior Crœſo, ſi venerit benè nummatus. *C.* Reddes mihi mutuum tunc? *D.* Non eſt quod dubites; quin ſi tibi opus erit ampliùs, non modò reddam mutuum, ſed etiam referam gratiam. *C.* Quomodò? *D.* Dabo mutuam pecuniam viciſſim. *C.* Nihil opus erit, *ut* ſpero. *D.* At neſcis quid poſſit accidere. *C.* Tempus eſt breviſſimum. *D.* Non dico eò quòd velim ominari malum tibi. *C.* Quicquid homines ominentur, Deus tenet clavum. *D.* Sed quid ceſſamus recipere nos in auditorium? *C.* Admones opportunè.

COLLOQUIUM VIII.

M. Cord. *Coll.* 26. *Lib.* II.

MYCONIUS, PETELLUS.

SCribis-nè ſeriò, an tu ineptis? *P.* Equidem ſcribo ſeriò, *nam* cur abuterer *meo* tempore? *ſed* cur tu rogas iſtud? *M.* Quia vidi aliquando quod ſcriberes benè. *P.* Scribo interdùm meliùs. *M.* Quî fit igitur, ut ſcribas nunc tam malè? *P.* Adjumenta ſcribendi benè deſunt mihi. *M.* Quæ tandem? *P.* Bona charta, bonum atramentum, & bona penna; nam hæc mea charta, ut vides, profluit miſerè, atramentum eſt aquoſum & ſubalbidum, penna mollis & malè parata. *M.* Cur non providiſti omnia iſta maturè? *P.* Pecunia deerat mihi, & etiam nunc deeſt. *M.* Incidiſti in illud vulgare proverbium, "Omnia deſunt illi, cui pecunia deeſt." *P.* Sic agitur me-cum. *M.* Sed quando ſperas te accepturum? *P.* Meus pater miſſurus eſt ad me, aut ipſemet venturus in proximo mercatu. *M.* Ego volo juvare te interea. *P.* Siquidem potes id, affeceris me magno beneficio. *M.* Accipe hos ſex aſſes mutuò ad emendam chartam & cætera comparanda. *P.* Quàm verè illud dictum eſt, "Amicus certus cernitur in incertâ re!" ſed quid impellit te ut facias tam benigne mihi ultrò? *M.* Illa chari-

tas Dei, quæ (ut Paulus ait) effuſa eſt in noſtris cordibus. *P.* Vis Divini Spiritus eſt mira, qui eſt *autor* ejus charitatis: ſed interim cogitandum eſt mihi, quomodo referam tibi gratiam. *M.* Eſt parva res, omitte iſtam cogitationem, nè impediat te quominùs dormias in utramvis aurem: tantùm redde mutuum, quum erit commodum tibi. *P.* Reddam (ut ſpero) propedièm. *M.* Eamus ad precationem, nè notemur. *P.* Adde unum, ſi placet. *M.* Quid eſt? *P.* Ne mittamur incœnati cubitum hodiè. *M.* Ha, ha, he!

COLLOQUIUM IX.

M. Cord. *Coll.* 25. *Lib.* II.

VELUSATUS, STEPHANUS.

QUotâ horâ ſurrexiſti hodiè? *S.* Paulò ante quintam. *V.* Quis expergefecit te? *S.* Nemo. *V.* An cæteri *ſurrexerunt* jam? *S.* Nondùm. *V.* Non iviſti excitatum illos? *S.* Non ivi. *V.* Quamobrem? *S.* Neſcio, niſi quia non putabam illud pertinere ad me. *V.* Annon illi excitant te interdum? *S.* Imò ſæpiſſimè. *V.* Debuiſti igitur facere ſimiliter. *S.* Debui fateor. *V.* Memento igitur ut facias poſthàc. *S.* Meminero, Deo juvante. *V.* Sed tu quid feciſti ex quo ſurrexiſti è lecto? *S.* Primùm precatus ſum cœleſtem Patrem, flexis genibus, in nomine filii ejus noſtri Domini Jeſu Chriſti. *V.* Benè factum; quid poſteà? *S.* Deinde ornavi me, et curavi meum corpus mediocriter, ut decet Chriſtianum; poſtremò, retuli me ad quotidiana ſtudia. *V.* Si pergis ſic facere, nè dubites quin Deus juvet tua ſtudia. *S.* Juvit me ſemper adhuc *pro ejus benignitate*, nec derelinquet me, ut ſpero. *V.* Loqueris rectè; nec ille fruſtrabit tuam ſpem. *S.* Superiore anno didici in Catone, "Retine ſpem, ſpes una nec relinquet hominem morte." *V.* Feciſti benè quod retinueris, nam eſt egregia ſententia, & digna Chriſtiano homine. *S.* Atqui autor *ejus* libri non fuit Chriſtianus. *V.* Non fuit, eſt certa res. *S.* Unde igitur ſumpſit tot pulchras ſententias? *V.* Maximè ex ethnicis philoſophis; nam & ipſi illuminati Divino Spiritu dixerunt plurima quæ ſunt conſentanea verbo Dei; quod tu quoque poteris videre aliquando, ſi proſequere ſtudium literarum. *S.* Ego proſequar, ut ſpero, dummodo Deus ipſe det meo patri longi-

longiorem vitam. *V.* Precare diligenter, & ex animo, ut illud contingat. *S.* Precor id quotidiè sæpè. *V.* Dominus Deus det tibi perseverantiam in omni bono opere. *S.* Precor tibi idem quod optas mihi, & ago gratias, quòd monueris me tam fraterne.

COLLOQUIUM X.

M. Cord. *Coll.* 29. *Lib.* II.

RUFUS, CASTRENSIS.

QUando repetes ludum literarium? *C.* Nescio. *R.* Cur non admones patrem de hâc re? *C.* Quid putas me curare? *R.* Parùm admodùm, ut credo. *C.* Profectò dicis verum. *R.* Est satis signi te non amare literas. *C.* Scio legere, scribere, loqui Latinè mediocriter; quid opus est mihi tantâ scientiâ? *scio plura quàm tres Papistici sacerdotes.* *R.* O miserum adolescentem! siccine contemnis rem inæstimabilem? *C.* Quid tu exclamas sic? unde videor miser tibi? *R.* Amice, nulla injuria orta est tibi à me; nam quod dixi tibi non est convitium, nè tu accipias in malam partem: sed misereor tui, quia contemnis id quod parit felicitatem. *C.* Lucrum, divitiæ, & voluptas, pariunt felicitatem. *R.* Imò ista fuerunt exitio multis; tametsi divitiæ sunt donum Dei, nec nocent, nisi iis qui abutuntur. Verùm enimverò est nulla possessio hominis pretiosior quàm virtus & cognitio honestarum rerum. *C.* Vis concionari igitur, ut video. *R.* Utinam audivisses divinas conciones diligenter! *C. Hem* obtundis me; nunquid vis aliud? *R.* Ut Deus det tibi bonam mentem. *C.* Fortasse est tibi magìs opus eâ quàm mihi. Vale.

COLLOQUIUM XI.

M. Cord. *Coll.* 32. *Lib.* II.

ANTONIUS, DANIEL.

EUge! audivi sororem tuam nupsisse. *D.* Audisti verum. *A.* Quis est maritus ejus? *D.* Quidam civis Lugdunensis, progenitus honestis parentibus? *A.* Est-nè dives? *D.* Sic habetur, sed tamen meus pater facit hæc longè pluris: Primùm, quòd ille sit benè moratus adolescens; deinde, quòd sit non solùm doctissimus, sed etiam amantis-

ſimus bonarum literarum ; denique, quòd *ſit* verus cultor Dei, et ſummus obſervator Chriſtianæ religionis. *A.* Narras mihi egregios titulos adoleſcentis. O felicem ſororem, quæ nacta eſt talem virum beneficio Dei ! *D.* Dixeris felicem ſanè, haud abs re, ſiquidem ſic agnoſcat illud bonum perpetuò, ut meminerit ſemper profectum eſſe ex bonitate Dei, atque ob id agat eidem immortales gratias. *A.* Credo facturam illud. *D.* Ita ſpero quidem, ſic enim ſemper inſtituta eſt à parentibus in Chriſtianâ doctrinâ. Sed jam domeſtica negotia revocant me aliò ; ergò vale, mi Antoni. *A.* Tu quoque benè vale, ſuaviſſime Daniel. *D.* Nunquid vis ? *A.* Ut dicas plurimam ſalutem, meis verbis, omnibus tuis, præcipuè patri matri-que, & ipſi novæ nuptæ, & me gratulari illi fauſtum hoc conjugium. *D.* Ego vero faciam id, & quidem libentiſſimè.

COLLOQUIUM XII.

M. Cord. *Coll.* 35. *Lib.* II.

EMERICUS, BALDUS.

CUR rides ſolus ? *B.* Quid refert tuâ ? *E.* Quia fortaſſe rides me. *B.* Unde orta eſt iſta ſuſpicio tibi ? *E.* Quia es malus. *B.* Omnes ſumus mali quidem, at ego non ſum pejor te. Nemo ridet igitur, niſi irrideat aliquem ? *E.* Non intelligo ſic ; ſed qui ridet ſolus, ut audivi ſæpe, aut eſt ſtultus, aut cogitat aliquid mali. *B.* Neſcio cujus ſententia iſta ſit, ſed cujuscunque ſit, non eſt perpetuò vera ; tamen accipio tuam admonitionem in bonam partem, & moneo te viciſſim, ut caveas eſſe ſuſpicioſus, nam mors eſt aptiſſima timidis & *ſuſpicioſis*, ut eſt in noſtra morali carmine. *E.* Memini, boni conſulo tamen tuam admonitionem.

COLLOQUIUM XIII.

M. Cord. *Coll.* 39. *Lib.* II.

ROLANDUS, LANGINUS.

QUID ais de ſcalpello quod emeram tibi nudiuſtertius ; eſt-nè ſatis bonum ? *L.* Imò verò eſt optimum, ſed (me miſerum !) parùm abfuit quin *perdideram*. *R.* Eho ! quid ais ? quomodò id accidit ? *L.* Cum redirem foris, exciderat mihi in vico. *R.* Unde exciderat ? *L.* E thecâ meâ, quam reliqueram imprudenter apertam. *R.* Quomodò

dò recuperâsti? *L.* Affixeram chartulam statim valvis templi; post prandium quidam puer sextæ classis retulit mihi. *R.* Utinam omnes essent tam fideles, qui reperiunt amissas res. *L.* Profectò sunt pauci qui *restituent*, si modò sit res alicujus pretii. *R.* Et tamen id præcipitur nominatim verbo Dei. *L.* Quidni? nam est species furti, si quis retineat alienam rem inventam, modò sciat cui sit reddenda. *R.* At plerique putant se possidere jure, quicquid invenerint amissum. *L.* Illi errant quidem gravissime. *R.* Verùm, ut redeamus ad sermonem inceptum, quid dedisti puero qui invenerat scalpellum tuum? *L.* Dedi sextantem, & nuces uliquot juglandes; laudavi eum prætereà, & admonui paucis idem semper esse faciendum. *R.* Feciſti rectè, enim sic reddet libentiùs aliàs, si quid repererit: sed quid si perdidisses? *L.* Tulissem æquo animo, & emisses mihi aliud. *R.* Ita-nè tulisses æquo animo? *L.* Certè non sine aliquâ molestiâ. *R.* Non æquo animo igitur; sed nolo urgere te arctiùs. *L.* Non sumus theologi. *R.* Quid ergo? *L.* Grammaticuli. *R.* Et imperiti quidem. *L.* Debemus precari Deum tantò diligentiùs, ut liberet nos per Evangelium suum ab tenebris ignorantiæ, in quibus & versati sumus, & adhuc versamur. *R.* Faciemus id verò, si pareamus sanctis admonitionibus quas audimus quotidiè à præceptore, & sæpe à concionatoribus, ministris divini verbi. *L.* Vide quantum amissio mei scalpelli profuerit nobis. *R.* Gratulor tibi dupliciter ob eam rem; primùm quòd emerim rectè tibi, deindè quòd recuperaveris amissum. *L.* Habeo tibi gratiam, mi Rolande. *R.* Quin sit laus nostro cœlesti Patri, & actio gratiarum. *L.* Amen.

COLLOQUIUM XIV.

M. Cord. *Coll.* 43. *Lib.* I.

MARCARIUS, CALVINUS.

NON videris mihi nimis occupatus. *C.* Mediocriter. *M.* Quid si exacuas mihi duas aut tres pennas? *C.* Sit satis tibi, si acuero unam in præsentia. Sunt-nè novæ? *M.* Novæ quidem, sed paratæ usque dum acuantur; jam enim lævigavi, rescidi caudam, detraxi plumulas. *C.* Ostende: profectò sunt optimæ, & aptissimæ ad scribendum. *M.* Unde nôsti id? *C.* Quia sunt amplo caule, firmo & nitido; nam molles, & quæ habent caulem breviorem, sunt

parùm utiles ad ſcribendum. *M.* Gaudeo me emiſſe utiliter. *C.* Non *abs* re; ſed quanti? *M.* Dedi duos quadrantes pro his tribus. *C.* Pretium eſt vile pro bonitate rei; de quo emiſti? *M.* De quodam circumforaneo. *C. Mercatores noſtri oppidi vendunt multò pluris.* *M.* Et tamen audent dicere interdùm conſtare ſibi pluris *quàm vendunt.* *C.* Ea eſt ferè conſuetudo mercatorum; nam proficiunt nihil, niſi mentiantur admodùm, ut Cicero ait. *M.* Sed age, ne remorer te diutiùs, agamus *id* quod inſtat. *C.* Expediero cito; aſpice me diligenter, ut diſcas aliquando. *M.* Aſpicio intentis oculis; ſed opus eſſet mihi paulò longiori ſpatio. *C.* Illud ergò fiet in cubiculo, ſi quando velis me inviſere. *M.* Quo tempore? *C.* Poſt miſſionem ſcholæ; hoc eſt horâ nonâ matutinâ, vel quartâ pomeridianâ. Nunc habes duas pennas rectè accommodatas in tuum uſum, ni fallor; ſervabis hanc tertiam tibi, in aliud tempus, integram. *M.* Accipe tibi ſi placet. *C.* Quin ſerva tibi, multæ ſatis adferuntur mihi domo. *M.* Ago tibi quantas gratias poſſum. Vale. *C.* Deus conſervet te incolumem. Sed heus, nè parcas unquam meo labori. *M.* Tu quoque utere & me & rebus meis viciſſim, ſi quid opus fuerit. Vale iterùm.

COLLOQUIUM XV.

M. Cord. *Coll.* 42. *Lib.* II.

MARTIALIS, BLANCUS.

QUantum pecuniæ habes? *B.* Aſſem cum ſemiſſe: *quantum habes tu?* *M.* Non tantum. *B.* Quantum igitur? *M.* Unicum aſſem. *B.* Vis dare mutuò mihi? *M.* Eſt mihi opus. *B.* In quem uſum? *M* Ad emendam chartam. *B* Reddam tibi hodiè. *M.* Addendum fuit, Deo juvante. *B.* Sic præceptor docet ex Verbo Dei, ſed non poſſum aſſueſcere. *M.* Fac aſſueſcas. *B.* Quomodò id fiet? *M.* Si cogites ſæpè nos ſic pendere à Deo, ut poſſimus nihil ſine ejus auxilio. *B.* Das mihi bonum conſilium. *M.* Quale velim dari mihi. *B.* Sed ut redeamus ad propoſitum, dabis mutuò iſtum aſſem? *M.* Miror te petere mutuò, qui habes plus quàm ego. *B.* Eſt quidam ſcholaſticus tranſiens hàc, qui oſtentat librum venalem. *M.* Quid tum? *B.* Cupiebam emere, quia indicat viliùs quam noſter bibliopola. *M.* Accipe; ſed quæſo, unde reddes tam citò? *B.* A cænâ ibo domum, ut petam à matre.

M. Quid

M. Quid ſi nollet dare tibi? *B. Non* cunctabitur, cum oſtendero librum.

COLLOQUIUM XVI.

M. Cord. *Coll.* 44. *Lib.* II.

MONTANUS, EUSEBIUS.

QUOT annos habes? *E.* Tredecim, ut accepi à matre. Tu verò? *M.* Equidem non habeo tot. *E.* Quot igitur? *M.* Unus deeſt. *E.* Sunt ergò duodecim. *M.* Ratio eſt in promptu. *E.* Sed quotum annum frater tuus agit? *M.* Quintum. *E.* Quid ais? jam loquitur Latinè. *M.* Quid miraris? habemus ſemper domi pædagogum & doctum & diligentem, qui docet nos ſemper loqui Latinè, effert nihil *Anglicum*, nin cauſâ declarandi aliquid; quinetiam non audemus alloqui patrem niſi Latinè. *E.* Nunquam loquimini igitur *Anglicè?* *M.* Solùm cum matre, id-que certâ quadam horâ, cum illa jubet nos vocari ad ſe. *E.* Quid agitis cum familiâ? *M.* Sermo eſt nobis rarò cum familiâ, & quidem tantùm in tranſitu; & tamen famuli ipſi alloquuntur nos Latinè. *E.* Quid ancillæ? *M.* Si quando uſus poſtulat ut alloquamur eas, utimur ſermone Anglicano, ut ſolemus facere cum matre. *E.* O vos felices, qui docemini tam diligenter! *M.* Eſt gratiâ Dei, cujus dono habemus patrem qui curat nos erudiendos tam accuratè. *E.* Certè laus & honor ejus rei debetur cœleſti Patri unico. *M.* Sed quid agimus? jam audio catalogum recitari. *E.* Ergò feſtinemus.

COLLOQUIUM XVII.

M. Cord. *Coll.* 45. *Lib.* II.

SYLVIUS, LUDOVICUS.

QUID es triſtis, Ludovice? *L.* Ægroto. *S.* Quid morbi eſt? *L.* Neſcio. *S.* Sed tamen eſt-nè gravis morbus? *L.* Non admodùm, gratia Deo. *S.* Quidnam dolet tibi? *L.* Caput. *S.* Quid, totùm-nè caput? *L.* Non certè. *S.* Quæ pars igitur? *L.* Neſcio nomen. *S.* Eſt-nè vertex? *L.* Non eſt. *S.* Quid ergò, utrùm ſinciput an occiput? *L.* Hæc pars anterior. *S.* Eſt ergò ſinciput. *L.* Quid igitur faciam? *S.* Quieſce benè, & mox eris ſa-

nus; nam ſic audivi ex matre, eſſe nullum remedium præſentius doloribus capitis quàm quietem. *L.* Atqui ſunt varii morbi capitis. *S.* Et varia remedia fortaſſe; ſed quid eſt faciliùs quàm tentare id quod dixi tibi? *L.* *Non* nocebit quidem experiri, ut ſpero: ſed ubi quieſcam? *S.* Domi veſtræ in lecto. *L.* Mater non ſinet. *S.* Imò, ſi dixeris te ægrotare. *L.* Atqui putabit me ſimulare. *S.* Poteſt fieri; ſed quid dubitas facere periculum? *L.* *Das mihi* bonum conſilium. *S.* Utere, ſi vis. *L.* Faciam profectò. *S.* Enimverò ſi ſapis. *L.* Sed unum reſtat. *S.* Quid eſt? *L.* Venia impetranda eſt à præceptore. *S.* Adi & pete, *L.* Quid ſi nolit dare? *S.* Imo facillimè. *L.* Quî ſcis iſtud? *S.* Quia eſt ſatìs credulus nobis, niſi qui fefellerunt eum aliquoties. *L.* Nunquam fefelli eum ſciens. *S.* Ito igitur confidenter. *L.* Nunc eo. *S.* Sed heùs! meditare priùs quid ſis dicturus, nè fortè hæſites loquendo. *L.* Monès benè, non accedam imparatus.

COLLOQUIUM XVIII.

M. Cord. *Coll.* 46. *Lib.* II.

PAULUS, TIMOTHEUS, SOLOMON.

ADES mihi optatus, Timothee; quærebam aliquem qui vellet certare mecum; ſed omnes currunt ad certamen luſûs: tu verò quid ais? *T.* Quid ego malim quàm contendere pacificè tecum de noſtris ſtudiis? *P.* Sed *quid* argumentum petis certandi; an de repetendis epiſtolis Ciceronis? *T.* Malo de Catone. *P.* Quamobrem? *T.* Quia aliquot prælectiones reſtant ediſcendæ mihi de Cicerone, nam ſcis me ægrotâſſe ferè duas hebdomadas. *P.* Memini; vis igitur ut dicamus ſecundum librum moralium diſtichorum? *T.* Eſt nimis longus in hanc horam. *P.* Quid ita? *T.* Quia ludendum eſt nobis aliquandiù, ut exerceamus corpus ad conſervandum valetudinem. *P.* *Repetamus* igitur tertium librum, qui eſt breviſſimus. *T.* Sed volo judicem. *P.* Solomon eſt præſtò, qui ſequitur me ob eam rem. *T.* Vis igitur, Solomon, audire nos? *S.* Quid eſtis dicturi? *T.* Tertium librum moralium diſtichorum. *S.* Nonnè dicetis alternis vicibus? *T.* Scilicet, uterque ſuum diſtichum. *S.* *Sed* pueri, nè erretis, nolo audire vos tanquam judex. *P.* Cur non? *S.* Nè fortaſſe alteruter amicorum offendatur meâ ſententiâ. *T.* In quo eris adjutor nobis igitur? *S.* Notabo

bo diligenter lapſus utriuſque in chartulâ, deinde referetis ad præceptorem. *T.* Quid fiet tum? *S.* Adjudicabit victoriam & præmium utri videbitur. *P.* Eris igitur tantùm teſtis nobis? *S.* Sic intelligo. *T.* Videtur mihi ſanè optima ratio. *P.* Probatur valdè quoque mihi. *S.* Sed unum reſtat. *T.* Quid eſt? *S.* Vultis-nè, præter manifeſtos lapſus, hæſitationes etiam notari? *T.* Sic præceptoris leges ſuper hac re volunt. *S.* Date mihi librum in manum, ut poſſim obſervare certiùs. *P.* Tene meum. *T. Incipiamne?* *P.* Æquum eſt, quia tu provocatus es à me. *T.* Audi, quæſo, Solomon, ſed diligenter. *S.* Tu verò cave dicas negligenter.

COLLOQUIUM XIX.

M. Cord. *Coll.* 47. *Lib.* II.

PORALIS, MACHARDUS.

GRatulor tibi reditum, Macharde; quando rediiſti rure? *M.* Herì poſt meridiem. *P. Rediit-nè* mater? *M.* Quemadmodùm illa duxerat me ſe-cum, ita reduxit. *P.* Nonnè venit in equo? *M. Imò*, & quidem tolutario. *P.* Tu verò? *M.* Quid rogas; eram illi à pedibus. *P.* Non fuit labor itineris moleſtus tibi? *M.* Fuit nulla via difficilis mihi, reditio in urbem erat adeò jucunda; quid quæris? noluiſſem venire eques. *P.* Quantum diſtat veſtra villa hinc? *M.* Quatuor milliaribus, iis-que non admodùm longis. *P.* Sed jam ſatis de reditu: nunc agamus aliud. Fuiſtinè memor tui promiſſi? tu-nè rediiſti vacuus? *M.* Attuli quantum uvarum potui. *P.* Quantum igitur? *M.* Quaſillum. *P.* Heus, quaſillum! Tibi uni igitur? *M.* Imò nobis duobus. *P.* Quid tantillum duobus? *M.* Non poteram ferre ampliùs, pro viribus mei corpuſculi: quòd ſi eſſem robuſtus, apportâſſem onus aſini; nam mater permittebat facilè. *P.* Quàm vellem adfuiſſe! *M.* Ego & mater deſideravimus te plurimùm: ſed eſto bono animo, ea reliquit famulum ruri, qui veniet onuſtus ampliſſimâ corbe; tum illa dabit tibi affatim. *P.* Aha, nunc loqueris optata. *M.* Eamus domum ad nos. Videbis noſtrum quaſillum integrum adhuc, ut ſpero. *P.* O lepidum caput! nam & cupiebam ire ſalutatum tuam matrem, chariſſimam mihi. *M.* Profectò feceris gratiſſimum illi. *P.* Eamus igitur.

COLLOQUIUM XX.

M. Cord. *Coll.* 51. *Lib.* II.

PRÆPOSITUS, CAULONIUS.

ACcepi pecuniam à patre hodiè, ſi fortè tibi eſt opus. *C.* Nihil opus eſt mihi nunc, ſed tamen habeo tibi *gratias maximas*, quòd pro tuâ liberalitate ultrò offers mihi beneficium, *nam* quotuſquiſque facit id? *P.* Credo paucifſimos, tamen tu provocâſti me non ſemel beneficiis. *C.* Illa fuerunt adeò parva, ut non ſint digna commemoratione. *P.* Non eſt parvum beneficium, quod profectum *eſt* ab optimâ voluntate. *C.* Utinam expenderemus tam beneficia Dei erga nos, quàm ſolemus hominum. *P.* Ille faxit, ut exerceamus nos in eâ cogitatione, & ſæpiùs, & diligentiùs. *C.* Illud profectò neceſſe eſt, ſi volumus experiri ejus benignitatem ſæpiùs *erga nos*.

COLLOQUIUM XXI.

M. Cord. *Coll.* 53. *Lib.* II.

BERTINUS, PROBUS.

VEnit-nè pater ad hodiernum mercatum? *P.* Convenit me hodiè manè quum adhuc ſurgerem è lecto. *B.* Petiiſti nihil ab eo? *P.* Imò, pecuniam. *B.* Et numeravit? *P.* In præſentia. *B.* Quantum obſecro? *P.* Viginti aſſes. *B.* Papæ! viginti aſſes! quî fit ut audeat committere tantum pecuniæ tibi? *P.* Quia novit me *eſſe* frugi diſpenſatorem: ſiquidem ſemper reddo illi rationem uſque ad teruncium. *B.* Sed impetraviſti ægrè fortaſſe? *P.* Imò facillimè, atque adeò cum gratiâ. *B.* O mitem parentem! *P.* Certè mitiſſimum. *B.* Sed *ut redeamus* ad rem, quid facies iſtâ pecuniâ? *P.* Emam libros, & alia neceſſaria mihi. *B.* Poteſne dare mutuò mihi aliquid? *P.* Poſſum, ſi modò eges. *B.* Niſi egerem, non peterem. *P.* Quantum vis accipere à me? *B.* Quinque aſſes. *P.* Accipe. *B.* O verum amicum! *P.* Non eſt verus amicus, niſi qui juvat amicum in tempore, ſi tamen habet unde juvet. *B.* Certus amicus, ut eſt in proverbio, cernitur in incertâ re. *P.* Quando reddes mutuum? *B.* Ubi primum pater venerit in hanc urbem. *P.* Quando ſperas venturum? *B.* In mercatu proximo, nempè, ad octavum diem Octobris.

COL-

COLLOQUIA

EXCERPTA EX

MATH. CORDERII

LIBRO TERTIO.

COLLOQUIUM I.

M. Cord. *Coll.* 1. *Lib.* III.

PRÆCEPTOR, DISCIPULI.

SALVE, præceptor, *P.* Salus per Jesum Christum: an omnes surrexerunt? *D.* Omnes præter parvulos. *P.* Nunquis ægrotat? *D.* Nemo, gratia Deo. *P.* Quid agitur? *D.* Alii induunt se, alii jam student gnaviter. *P.* Adest-nè hypodidascalus nobis? *D.* Jamdudùm. *P.* Ite igitur precatum, ac commendate vos diligenter Deo per Jesum Christum nostrum deprecatorem; deindè pergite in vestris studiis usque ad horam jentaculi. *D.* Ita solemus, præceptor. *P.* Credo equidem; sed quia estis ferè somniculosi ac negligentes, idcirco ego admoneo vos sæpiùs. *D.* Habemus gratiam, præceptor humanissimè; nunquid vis prætereà? *P.* Dic famulo ut adferat togam mihi.

COLLOQUIUM II.

M. Cord. *Coll.* 2. *Lib.* III.

PRÆCEPTOR, DISCIPULUS.

ADfuisti-nè concioni sacræ hodiè? *D.* Adfui. *P.* Qui sunt testes? *D.* Multi ex condiscipulis, qui viderunt me, testari possunt. *P.* Sed aliquot sunt producendi. *D.* Producam cum jubebis. *P.* Quis habuit concionem? *D.* Dominus N—. *P.* Quotâ horâ incepit? *D.* Septimâ. *P.* Undè sumpsit thema? *D.* Ex epistolâ Pauli ad Romanos. *P.* Quoto capite? *D.* Octavo. *P.* Respondisti adhuc be-

nè; nunc videamus quid ſequatur: ecquid mandâſti memoriæ? *D.* Nihil quod poſſum referre. *P.* Nihil! cogita pauliſper, & vide nè turberis, quin eſto bono animo. *D.* Certè, præceptor, poſſum reminiſci nihil. *P.* Nè verbum quidem? *D.* Nihil prorſus. *P.* Hem verbero! quid profeciſti igitur? *D.* Neſcio, niſi *quòd* abſtinui fortaſſe interim à malis. *P.* Iſtud quidem eſt aliquid, ſi modò potuit fieri, ut abſtinueris à malo omninò. *D.* Abſtinui quoad potui. *P.* Fac eſſe ita, tamen non ſatisfeciſti Deo; quum ſcriptum ſit, Declina à malo, & fac bonum. Sed dic mihi, quæſo, quâ gratiâ *iviſti* illuc potiſſimùm? *D.* Ut diſcerem aliquid. *P.* Cur non feciſti *iſtud?* *D.* Non potui. *P.* Non potuiſti, nebulo! imò noluiſti, aut certe non curâſti. *D.* Cogor fateri. *P.* Quæ res cogit te? *D.* Mea conſcientia, quæ me accuſat apud Deum. *P.* Dicis rectè, utinam ex animo. *D.* Equidem dico ex animo. *P.* Poteſt fieri; ſed age, quid cauſæ fuit quamobrem mandaveris nihil memoriæ? *D.* Mea negligentia; *nam* non audiebam diligenter. *P.* Quid faciebas igitur? *D.* Interdum dormiebam. *P.* Ita ſoles; ſed quid agebas in reliquo tempore? *D.* Cogitabam mille ineptias, ut pueri ſolent. *P.* An tu es adeo puer, ut non debeas eſſe attentus ad audiendum verbum Dei? *D.* Si eſſem attentus, poſſem proficere aliquid. *P.* Quid igitur meruiſti? *D.* Verbera. *P.* Meruiſti profectò, id que largiſſimè. *D.* Confiteor ingenuè. *P.* Verbo tenus, opinor. *D.* Imò, certè ex animo. *P.* Fortaſſe; ſed interim para te ad recipiendas plagas. *D.* Ah! præceptor, ignoſce obſecro; peccavi, fateor, ſed ex nullâ malitiâ. *P.* Atqui iſta negligentia accedit proximè ad malitiam. *D.* Non inficior equidem, ſed imploro tuam clementiam. *P.* Quid facies igitur, ſi ignovero tibi? *D.* Faciam meum officium poſthàc, ut ſpero. *P.* Addendum erat, Deo juvante: ſed id parùm curas. *D.* Imò, *magiſter*, præſtabo meum officium poſthàc, Deo juvante. *P.* Age, condono *hanc* culpam tuis lachrymis, & ignoſco tibi eâ lege, ut memineris tui promiſſi. *D.* Ago gratiam, humaniſſime præceptor. *P.* Eris in maximâ gratiâ apud me, ſi ſervaveris promiſſa. *D.* Deus optimus maximus faxit, ut poſſim. *P.* Faxit precor.

COLLOQUIUM III.

M. Cord. *Coll.* 4. *Lib.* III.

BARDANUS, PRÆCEPTOR, DISCIP.

PRæceptor! *P.* Hem, quid eſt? *B.* Sunt quidam qui volunt te conventum. *P.* Ubi ſunt? *B.* Expectant te in vico. *P.* Nunc adibo. *B.* Atqui urgent. *P.* Tu præcurre, & mitte eos intrò in aream; ego ſequar te: vos expectate interim cum ſilentio; mox ego adero, ut dimittam vos ad cœnam. *D.* O quàm bonum verbum!

COLLOQUIUM IV.

M. Cord. *Coll.* 13. *Lib.* III.

PRÆCEPTOR, SCARONUS.

DEmiror unde venias nunc. *S.* Redeo domo, præceptor. *P.* Cur iveras domum? *S.* Petitum merendam. *P.* Quamobrem non attuleras? *S.* Mater erat occupata. *P.* Quid tum, debuiſſe exire injuſſu meo? *S.* Non debui fateor. *P.* Quid meruiſti igitur? *S.* Accipere plagas; ſed ignoſce mihi, quæſo, præceptor. *P.* Cur non petiviſti poteſtatem exeundi? *S.* Quia non audebam interpellare te. *P.* Quid agebam? *S.* Tenebas libellum, & legebas aliquid. *P.* Poteſt fieri; ſed tamen vos interpellatis me *ſæpe* ob leviorem rem; nunc igitur para te ad vapulandum. *S.* Parce mihi, obſecro, præceptor. *P.* Sine ut cogitem aliquantiſper priùs; age parco, tum quia confiteris ingenuè, tum quòd videris mihi ſtudioſus ſatis. *S.* Ago tibi maximas gratias, humaniſſime præceptor.

COLLOQUIUM V.

M. Cord. *Coll.* 16. *Lib.* III.

VARO, PRÆCEPTOR, STAPULA.

PRæceptor, licet-nè *dicere* pauca? *P.* Loquere. *V.* Nos duo proponebamus, ſi *placeret* tibi, ire, dum cæteri ludunt, foràs ambulatum. *P.* Quò vultis exire? *V.* In proxima ſuburbia. *P.* Quid autem agetis ambulantes? *S.* Tractabimus aliquod colloquium. *P.* Sed de bonis & honeſtis rebus.

rebus. *S.* Hæc ſerenitas temporis, & tam pulchra facies terræ, præbebit nobis aliquod argumentum. *P.* Nunquam deeſt materia laudandi Dei, duntaxat veris cultoribus ejus. *V.* Nunquam profectò. Sed ut revertamur ad propoſitum; *permittes* nobis, præceptor, prodire extra urbem? *P.* Niſi veſtra perpetua fidelitas eſſet perſpecta mihi, & *verus* amor literarum, nunquam permitterem, præſertim cum pravi adoleſcentes fefellerint me ſæpe in tali genere: vos prodite igitur; deinde revertimini mature ad cœnam.

COLLOQUIUM VI.

M. Cord. *Coll.* 19. *Lib.* III.

TORN. PRÆCEPTOR, PUERI.

PRæceptor, licet-nè ire domum cràs? *P.* Quìd eò? *T.* Petitum panem. *P.* Non reſtat tibi? *T.* Reſtat quidem, ſed admodùm parùm. *P.* Quid frater? eſt-nè iturus te-cum? *T.* Pater juſſit. *P.* Quando conveniſti illum? *T.* Die Jovis, quum veniſſet in hanc urbem. *P.* Ubi vidiſti illum? *T.* Apud forum. *P.* Non mentiris? *T.* Non mentior. *P.* Unde probabis? *T.* Sunt ex condiſcipulis qui aderant. *P.* Qui tandem? *T.* Adſunt Blaſius & Audax. *P.* Eſt-nè verum, pueri? *Pu.* Omninò verum. *P.* Quî ſcitis? *Pu.* Vidimus ejus patrem, & audivimus ipſa verba. *P.* Si eſt ita, permitto ut eas domum cum fratre. *T.* Vale, præceptor. *P.* Dominus Deus ſervet vos. *T.* Precamur idem tibi ex animo. *P.* Sed heus! quando aderitis hic? *T.* Craſtino die veſperi, Deo juvante. *P.* Cura ut memineris promiſſi. *T.* Curabo. *P.* Scilicet, ut ſoles. *T.* Imò meliùs, ſpero. Nunquid vis? *P.* Ut dicas ſalutem parentibus meis verbis. *T.* Faciam libenter. Vale iterùm, præceptor. *P.* Vos valete quoque; at ambulate lento gradu propter æſtum ſolis.

COLLOQUIUM VII.

M. Cord. *Coll.* 42. *Lib.* III.

PRÆCEPTOR, VILLARIANUS.

QUid ſibi vult quòd abfueris *hac* totâ hebdomade? *V.* Oportuit me manere domi. *P.* Quamobrem? *V.* Ut adeſſem matri, quæ ægrotabat. *P.* Quid officium præſtabas illi? *V.* Legebam ei ſæpiùs. *P.* Quid legebas? *V.* Aliquid

liquid ex ſacris literis. *P.* Iſtud fuit ſanctum & laudabile miniſterium; utinam omnes ſic ſtuderent verbo Dei. Sed quid; agebas nihil aliud? *V.* Quoties erat opus, miniſtrabam illi cum ancillâ. *P.* Hæccine ſunt omnia vera? *V.* Habeo teſtimonium *P.* Profer illud. *V.* Ecce! *P.* Quis ſcripſit? *V.* Noſter famulus, nomine matris. *P.* Agnoſco manum ejus, quia attuliſti mihi ſæpè ab illo. *V.* Licet-nè igitur redire in meam ſedem? *P.* Quidni liceat, cum ſatisfeceris mihi? *V.* Ago gratias, præceptor.

COLLOQUIUM VIII.

M. Cord. *Coll.* 22. *Lib.* III.

ARATOR, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, prodieram primâ horâ tuo permiſſu, nunc redeo. *P.* Curaſti tuum negotium? *A.* Curavi, gratia Deo. *P.* Benè factum; quota hora eſt? *A.* Secunda inſtat. *P.* Voca famulum mihi; deinde ito ad merendam cum cæteris.

COLLOQUIUM IX.

M. Cord. *Coll.* 24. *Lib.* III.

BLASIUS, PRÆCEPTOR.

LIcet-ne mihi adire tutorem, præceptor? *P.* Quæ cauſa movet te? *B.* Ille juſſerat ut convenirem ſe hodiè, ſi liceret per otium. *P.* Quando juſſerat? *B.* Nudiuſtertiùs. *P.* Ubi vidiſti illum? *B.* In areâ, quæ eſt è regione templi. *P.* At vide nè mentiaris. *B.* Mendacium abſit à me; ſi vis, dabo ex condiſcipulis teſtes, qui aderant me-cum. *P.* Qui ſunt illi? *B.* Daniel & Corderius; visnè ut acciam eos? *P.* Mane, ego conveniam illos: ſed dic mihi, quid eget tutor tuâ operâ? *B.* Ad deſcribendum aliquid. *P.* Quâ horâ igitur vis adire illum. *B.* Nunc, ſi placet tibi. *P.* Quando redibis huc? *B.* Cum primùm dimiſerit me. *P.* Nunc abi, atque dic illi plurimam ſalutem ex me. *B.* Faciam libenter.

COL-

COLLOQUIUM X.

M. Cord. *Coll.* 26. *Lib.* III.

GASPAR, MAGISTER.

LIcet-nè prodire, præceptor? *M.* Quò? *G.* Primùm ad ſartorem, ut curem tibialia reficienda; deinde ad tonſorem. *M.* Sunt-nè lacerata? *G.* Adeò lacerata, ut vix poſſum induere. *M.* Cur ad tonſorem? *G.* Ut oſtendam illi ulcus quod ſubortum eſt his diebus in femore mihi. *M.* Detege ut videam. *G.* Vide, quando ita placet tibi. *M.* Eſt furunculus. *G.* Ita conjiciebam. *M. Cum* aperueris tonſori, roga illum ut adhibeat emplaſtrum aptum ulceri. *G.* Faciam quod ſuades. *M.* Sed nunquis eſt qui velit prodire te-cum? *G.* Imò, Joannes Flavianus. *M.* Quod negotium habet? *G.* Vult adire tonſorem quoque. *M.* Ite una igitur, & redite ſimiliter. *G.* Nunquid vis præterea? *M.* Ut maturetis reditum, nè multemini veſtrâ merendâ.

COLLOQUIUM XI.

M. Cord. *Coll.* 32. *Lib.* III.

CASTRINOVANUS, PRÆCEPTOR.

SAlvus ſis, præceptor. *P. Advenis* auſpicatò: quid nuntias? *C.* Meus pater orat te ut eamus unà in *noſtros* hortos ſuburbanos animi cauſâ. *P.* Serenitas cœli invitat nos ad eam rem, & nunc ſumus feriati: ſed quid videbimus illic jucundum aſpectu? *C.* Varias & pulchras arbores cum fructibus ſuis, item miram varietatem herbarum & florum. *P.* Eſt nihil hoc tempore jucundius illis rebus. *C.* Ea eſt beneficentia Dei erga nos. *P.* Quam debemus extollere aſſiduis laudibus. Expecta pauliſper dum muto togam, ut ſim expeditior ad ambulandum. Jam ſum paratus, eamus; ſed eſt-nè pater domi? *C.* Expectat nos præ foribus. *P.* Benè *eſt*, vide ut ſalutes eum decenter. C. Admoniti fuimus de hoc, te docente, ſæpè.

COL-

COLLOQUIA

EXCERPTA EX

MATH. CORDERII

LIBRO QUARTO.

COLLOQUIUM I.

M. Cord. *Coll.* 1. *Lib.* IV.

BERIALDUS, SAMUEL.

OBſecro te, Samuel, da mihi operam pauliſper. *S.* Quid eſt *illud?* *B.* Neſcio quid incidit mihi in oculum, quod me valdè malè habet. *S.* In quem oculum incidit? *B.* In dextrum. *S.* Vis inſpiciam? *B.* Inſpice, amabo te. *S.* Aperi quantum potes, & tene immotum. *B.* Non queo continere à nictu. *S.* Mane, egomet tenebo ſiniſtrâ manu. *B.* Ecquid vides? *S.* Video aliquid minutum. *B.* Exime, quæſo, ſi potes. *S.* Quin exemi jam. *B.* O benè factum! quid eſt? *S.* Cerne tu ipſe. *B.* Eſt mica pulveris. *S.* Et quidem uſque adeò puſilla, ut vix poſſit cerni. *B.* Vide quantum doloris tam exigua res adferat oculis. *S.* Haud mirum quidem, nam nullum exterioribus membris dicitur eſſe tenerius oculo; inde etiam fit, ut experiamur nihil eſſe charius nobis. *B.* Deus approbat hoc, quum loquens de ſuâ charitate in nos, apud Zachariam 2. cap. ſic ait: "Qui tangit vos, tangit pupillam "oculi mei." *S.* O immenſam bonitatem Dei, qui habet nos tantoperè charos! *B.* Non oculus rubet mihi? *S.* Aliquantulùm; nempe, quia fricuiſti. *B.* Credin' tu dolere mihi adhuc? *S.* Quidni credam, qui expertus ſum talem moleſtiam toties? *B.* Experientia eſt magiſtra rerum. *S.* Ita dicitur vulgò. *B.* Quid pretii dabo tibi medico pro labore? *S.* Quantum pacti ſumus. *B.* Concluſio eſt brevis, ergò

nihil: ſed tamen habeo tibi gratiam, atque utinam detur locus *referendi*. *S.* Quin potius Deus avertat. *B.* Correxiſti benè: dixeram imprudenter, at ſine dolo. *S.* Sic accepi; at interim licet jocari, præſertim ut exerceamus nos in Latinitate? *B.* Faxit Deus, ut omnia noſtra ſtudia referantur ad gloriam ipſius.

COLLOQUIUM II.

M. Cord. *Coll.* 2. *Lib.* IV.

ALEXANDER, CAROLUS.

ECce reddo tibi commodatum, & ago maximas gratias. *C.* Non eſt quòd agas: ſed tu ſatis-nè uſus eras? *A.* Conceſſiſti uſum diu ſatis, quæ eſt tua humanitas. *C.* Quoties opus erit, quæſo nè parcas meis rebus. *A.* Non parcam, quando jubes ita. *C.* Feceris pergratum mihi. *A.* Habeo maximam gratiam; verò tu utere noſtris viciſſim, ſi quid opus fuerit. *C.* Non eſt quòd moneas; ſum impudens meâ ſponte. *A.* Imò nimis verecundus. *C.* Eſto; tamen ſenties aliquando. *A.* Ita velim; benè vale. *C.* Deus ſervet te.

COLLOQUIUM III.

M. Cord. *Coll.* 3. *Lib.* IV.

OBSERVATOR, BAPTISTA.

TUus frater aut garrit ſemper in concione, aut ineptit, aut incitat aliquem; ex quo fit, ut ſit ſæpè notandus, ac deinde vapulet. *B.* Quid vis faciam? *O.* Cur non mones ſæpè? *B.* Nunquam deſiſto monere. *O.* Perge precor. *B.* Nihil eſt quòd me preceris; nunquam ceſſabo, donec (Deo volente) correxerit ſe ex aliquâ parte. *O.* Sic uſurpabis Catonis præceptum, Quando mones aliquem: nôſti cætera. *B.* Sed oro te, mi Abrahame, ut quoties notaveris eum, renuncies id mihi. *O.* Nunquam eſſet finis, adeò frequens eſt ejus nomen in meis commentariolis. *B.* Saltem fac me ſemel certiorem, quum primùm commiſerit quo ſit accuſandus; tum ego dicam patri, cujus verba timet magis quàm verbera. *O.* Iſtud non eſt parvum argumentum bonæ indolis. *B.* Ita ſpero, quidem: facies igitur quod rogo? *O.* Ego verò, atque lubens.

COL-

COLLOQUIUM IV.

M. Cord. *Coll.* 4. *Lib.* IV.

PATRICIUS, MELECUS.

QUid consilii tractabas modò cum præceptore? *M.* Si cupis scire, percontare illum. *P.* Cur celas me? *M.* Ut nè facias palàm. *P.* Dabo fidem, me taciturum. *M.* Etiamsi juraveris sanctissimè ter quater-vè non prodam; proinde tu desine percontari. *P.* Hem, ubi est illa nostra amicitia? *M.* Nescis illud dictum Sapientis, Quod velis esse tacitum, dixeris nemini? *P.* Audivi aliquoties; sed quod dictum sit amico, videtur dictum nemini, *nam* amicus est quasi alter idem. *M.* Dicet eadem tibi, qui volet scire ex te; & item alius, qui ex illo; atque ita perveniet ad aures omnium: itaque si vis me esse amicum tibi posthac, missum me facito. *P.* Non sum imperator, ut te missum faciam. *M.* Pergin' esse molestus? *P.* Malim abire quàm exhibere tibi molestiam.

COLLOQUIUM V.

M. Cord. *Coll.* 5. *Lib.* IV.

MARTHOREAS, HIERIMIAS.

QUA pecuniâ emisti istum librum? *H.* Quâ censes, nisi meâ? *M.* Miror unde habueris. *H.* Quid miraris? an debeo reddere rationem tibi? *M.* Ego-nè exigo? *H.* Videris exigere. *M.* Non exigo, inquam, sed solemus confabulari sic inter nos familiariter & liberè, ut semper condiscamus aliquid Latinè. *H.* Ea res, fateor, confert nobis plurimum ad facultatem loquendi Latinè; sed est nemo tam lenis, quin subiascatur interdùm. *M.* Est ut dicis, sed ira puerorum est brevis. *H.* Quod autem rogabas de pecuniâ, accepi eam à patre. *M.* Quando venerat? *H.* Octo dies adhinc. *M.* Miror quòd non viderim eum. *H.* Non est quòd mireris. *M.* Quid ita? *H.* Quia moratus est hìc vix sesquihoram; *nam* quum descendisset de equo, atque allocutus esset me paucis; ascendamus, inquit, in tuum cubiculum, ut colloquar liberiùs te-cum. *M.* Sed antequàm narres cætera, velim scire quid sibi velit ejus tam inopinatus adventus. *H.* Audierat quodam falso rumore, ut fit, me ægrotare. *M.* Quid ille, cum invenit te valen-

valentem præter ſpem? *H.* Affectus eſt gaudio mirificè. *M.* Quis dubitat? *H.* Prætereà, egit maximas gratias Deo optimo maximo. *M.* Audio hæc libenter; perge quæſo. *H.* Tum percontatur me de valetudine; precamur unà, non ſine gratiarum actione; tandem quærit ecquid mihi opus ſit. Opus eſt, pater, inquam. Quâ re eges? inquit. Libro decem aſſium, inquam: tum ille promit ex marſupio *ſolidum*, dat mihi in manum, & vale dicto, ſtatim conſcendit equum, atque abit. *M.* Cur dedit tibi plus quàm petiveras? *H.* Quæris iſtud ineptè; ſcilicet, erat ita lætus, quia offenderat me benè ſanum præter ſpem, quòd ſi petiſſem vel coronatum, dediſſet mihi tam facilè. *M.* O quantum debes illi ſummo Patri, qui dedit tibi adeò bonum patrem! *H.* Ne poteſt quidem cogitari quantum debeam; nam etiamſi dediſſet malum, deberem tamen non parùm. Sed quòd ceſſamus ire auditum prælectionem? *M.* Jam tertia hora inſtat. *H.* Eamus ergò in auditorium.

COLLOQUIUM VI.

M. Cord. *Coll.* 6. *Lib.* IV.

Soterius, Villaticus.

UBI eſt nunc tuus natu maximus frater? *V.* Ivit in militiam. *S.* Quid ais, in militiam? *V.* Sic res eſt. *S.* Sic ergo valedixit literis. *V.* Jampridem ſatietas literarum ceperat eum. *S.* Quìd ita? *V.* Neſcio, niſi quia volebat vivere liberiùs. *S.* Quomodò pater permiſit? *V.* Quid, putas permiſiſſe? profectus eſt patre abſente, matre invitâ. *S.* O miſerum adoleſcentem! *V.* Imò verò miſerrimum. *S.* Quid faciet? *V.* Id quod cæteri qui ſequuntur illud genus vitæ; nempe, ſpoliabit, rapiet, ludet aleâ, potabit, ſcortabitur. *S.* Eſt-nè iſthæc vita militum? *V.* Omninò. *S.* Unde ſcis iſtud? *V.* Audivi nuper ex patre cum cœnaremus. *S.* Quorſum narrabat talia? *V.* Docebat nos nihil eſſe *tutius* quàm timere Deum, qui cuſtodit parvulos, & inducit eos paulatim in rectam viam. *S.* Et præceptor ipſe admonet nos ſæpè de his rebus. *V.* Debemus eſſe tantò magìs ſoliciti ut habeamus parentes & præceptores charos, quorum operâ Deus utitur ad noſtram inſtitutionem. *S.* Utinam præſtemus utriſque quod ipſe præcipit nobis ſuâ lege. *V.* Ita ille faxit. *S.* Faxit precor.

COL-

COLLOQUIUM VII.

M. Cord. *Coll.* 7. *Lib.* IV.

LUCAS, OROSIUS.

AUdio fratrem tuum reveniſſe jam ex Germaniâ. *O.* Sic eſt. *L.* Rediit-nè ſolus? *O.* Non omninò. *L.* Quis igitur *venit* cum illo? *O.* Quidam civis hujus oppidi, qui habitaverat illìc ferè biennium. *L.* Cur iverat frater? *O.* Miſſus fuit à patre illùc, ut diſceret loqui Germanicè. *L.* Quamobrem igitur non fuit illìc diutiùs? *O.* Jam non poterat ferre deſiderium matris. *L.* O tenellum adoleſcentem! quotum annum agit? *O.* Decimum ſeptimum, ſi mater meminit rectè, ex quâ audivi id ſæpè. *L.* Age, quo vultu adventus ejus exceptus eſt à patre? *O.* Rogas? pater non ſuſtinuit aſpicere eum; quinetiam, nec dignatus ſalutatione nec alloquio, juſſit eum abire è conſpectu ſuo. *L.* Quid præterea? *O.* Niſi mater interceſſiſſit cum lachrymis, *juſſerat* apparitorem accerſi, qui conjiceret eum in carcerem. *L.* Atqui non poterat injuſſu magiſtratûs. *O.* Neſcio, tamen conabatur. *L.* Quid factum eſt poſtea? cubuit-nè veſtræ domi? *O.* Minimè verò? *L.* Ubi igitur? *O.* Noſti-nè meæ ſororis maritum? *L.* Tanquam digitos. *O.* Miſſus eſt eò à matre, dum patris ira deferveſceret. *L.* Quid accidit tandem? *O.* Mater egit cum noſtris propinquis & amicis, ut mitigarent iratum patrem. *L.* Sic igitur tuus frater rediit in gratiam cum patre. *O.* Id fuit non magni negotii; *nam* jam patrem cœperat pœnitere quòd excanduiſſet ſic, quòd-que accepiſſet filium tam graviter. *L.* Nempe dies lenierat ejus iram. *O.* Tamen recepit eum eâ lege, ut promitteret ſe rediturum in Germaniam ſtatim à vindemiâ. *L.* Vide quàm ineptus iſte affectus in noſtras matres ſit. *O.* Atqui matres ipſæ ſunt in causâ: nam cur adamant nos adeò tenerè? *L.* Eſt difficile cogere naturam. *O.* Tenes-nè verſum ex Horatio in hanc ſententiam? *L.* "Naturam expellas furcâ, tamen uſque recurret." *O.* Sed quid hoc? dum fabulamur, ceſſatum eſt à luſu. *L.* Nihil mali inde accidet nobis: jam conveniamus ad diſputationes.

COLLOQUIUM VIII.

M. Cord. *Coll.* 12. *Lib.* IV.

GUINANDUS, MONERAUTUS.

REvertiſti igitur tantùm hodiè è villâ? *M.* Tantùm hodiè, id-que paulò ante prandium. *G.* Atqui dixeras te futurum illic modò biduum. *M.* Ita ſperabam fore, & ſic pater promittebat. *G.* Quid obſtitit igitur, quo minùs redieris citiùs? *M.* Mater detinuit me, tametſi obſecrabam eam etiam cum lachrymis, ut me miſſum faceret. *G.* Sed cur remorata eſt te tamdiù? *M.* Ut comitarer ſe in reditu. *G.* Quid verò agebas intereà? *M.* Colligebam fructus cum noſtris ruſticis. *G.* Quos fructus? *M.* Quaſi autumnales fructus non ſint noti tibi, ſerotina pyra, mala, juglandes. *G.* O jucunda exercitatio! *M.* Non eſt ſolum jucunda, ſed etiam fructifera. *G.* Sed hoc *eſt* malum, quòd interim fructus quinque aut ſex prælectionum periit. *M.* Non omninò periit, ut ſpero; curabo pro viribus, ut recuperem aliquâ ex parte. *G.* Quid facies? *M.* Deſcribam quàm diligentiſſimè potero. *G.* Quid tum poſteà? *M.* Ediſcam ipſam orationem *auctoris*. *G.* Sed non intelliges ſententiam ſatis. *M.* Ipſa interpretatio præceptoris juvabit me, ut aſſequar ſenſum magnâ ex parte. *G.* Nec tamen id erit ſatis. *M.* Tu aderis mihi (ſi placet) per otium, ut conferamus unà. *G.* Faciam libenter equidem, ſed nè iſtud quidem ſufficiet. *M.* Non habeo quid poſſim ampliùs. *G.* Quanto præſtitiſſet audire vivam vocem magiſtri! *M.* Sanè multò præſtiterat; ſed quando non contigit mihi, nec factum eſt meâ culpâ, habeo nihil quòd accuſem me in hâc parte. *G.* Dicis rectè; fac igitur habeas bonum animum, nam quòd ego diſputavi te cum pluribus verbis de hâc re, non feci ideò ut vellem adducere te in deſperationem, ſed totum illud profectum eſt ex meo ſingulari amore in te. *M.* Iſtud eſt haud dubium mihi; quo fit ut habeam majorem gratiam tibi.

COLLOQUIUM IX.

M. Cord. *Coll.* 13. *Lib.* IV.

EUSTATIUS, BOSCONELLUS.

AUdivi tuum patrem veniſſe in gymnaſium hodiè. *B.* Audiviſti verum. *E.* Quâ gratiâ venerat? *B.* Ut numeraret

meraret pecuniam præceptori pro alimentis meis, & simul ut commendaret me illi. *E.* Nunquam-nè commendârat te? *B.* Imò, sæpissimè. *E.* Quid sibi vult ista tam frequens commendatio? *B.* Prosequitur me vero amore. *E.* Quid tum? *B.* Ideò cupit me eruditi diligenter. *E.* Quid si commendet ut vapules sæpiùs? *B.* Ea est fortasse causa, sed quid inde? non diligit me propterea minùs. *E.* Unde colligis istud? *B.* Quia correctio est tam necessaria puero quàm alimentum. *E.* Dicis verum quidem, sed pauci judicant ita; *nam* est nemo quin malit habere panem quàm virgam. *B.* Istud est naturale omnibus; quis negat? sed tamen pœna est ferenda patienter, præsertim justa. *E.* Hæc sententia habetur in libello morali: "Quod meritò pateris, patienter ferre memento." Sed quid si pœna sit injusta? *B.* Ea quoque est patienda omnibus. *E.* Cujus causâ? *B.* Propter Jesum Christum, qui tulit injustissimam & acerbissimam mortem pro nostris peccatis. *E.* Utinam id venerit nobis in mentem, quoties patimur aliquid. *B.* Præceptor monet nos id sæpè, quoties occasio occurrit; sed fabula narratur surdis, ut est in proverbio. *E.* Ergò demus operam, ut simus diligentiores posthàc. *B.* Deus faxit ita.

COLLOQUIUM X.

M. Cord. *Coll.* 14. *Lib.* IV.

MOLINA, CURIANUS.

TU igitur es discessurus cràs, ut audio? *C.* Cràs, si Dominus permiserit. *M.* Eho, cur tam cito? *C.* Pater urget me. *M.* Imò, tu urges patrem. *C.* Ita-ne videtur tibi? quomodo possum urgere patrem? *M.* Assiduâ missione literarum. *C.* Scripsi semel tantùm scholasticam vacationem instare. *M.* Quando misisti literas? *C.* Superiori hebdomadâ. *M.* Quo die? *C.* Veneris. *M.* Quid facies domi? *C.* Vindemia instat, interim fructus sunt colligendi. *M.* Poteras expectare diem dimissionis? *C.* Nescio quando sit futurus. *M.* Spero ad finem proximæ hebdomadis. *C.* Sed istud non est situm in nostro arbitrio. *M.* Nec in præceptoris quidem. *C.* Cujus igitur? *M.* Dei solius, qui gubernat consilia hominum suo nutu. *C.* Atqui Satanas videtur gubernare interdùm. *M.* Quantum Deus permittit ipsi: sed relinquamus ista sapientioribus. *C.* Est tutius; *nam* proverbium monet, Nè sutor ultra crepidam.

M. Au-

M. Audivimus iſtud ſæpè ex præceptore. *C.* Idem quoque docuit nos ſæpè illam ſententiam Pauli, Noli altum ſapere, ſed time. *M.* Habet etiam illud frequenter in ore, Nè quæſieris ſupra te. *C.* Sed audin' tu ſignum dari ad cœnam? *M.* Tintinnabulum adhuc non pulſat meas aures. *C.* Eamus in aulam, nè deſimus precationi: crás ſalutabo te ante diſceſſum.

COLLOQUIUM XI.

M. Cord. *Coll.* 15. *Lib.* IV.

PETRINUS, CROSSERANUS.

QUO genere ludi exercuiſti te hodiè? *C. Ludo* juglandium. *P.* Ecquid lucri feciſti? *C.* Imò, perdidi. *P.* Fortuna igitur fuit adverſa tibi. *C.* Neſcio quæ fortuna; tantum ſcio id accidiſſe meâ culpâ, ſed Deo volente ita. *P.* Cur Deus id voluit? *C. Fortaſſe* ut hinc diſcam ferre graviora quum acciderint. *P.* Quaſi verò Deus curet luſiones puerorum. *C.* Curat profectò; quinetiam, nihil fit in naturâ rerum ſine divinâ providentiâ. *P.* Siccinè philoſopharis? quiſnam docuit te iſta? *C.* Non-nè audiviſti toties ex noſtro concionatore? *P.* Poteſt fieri ut audiverim? ſed quid agam? memoria eſt mihi fluxa. *C.* Nimirùm, *quia* non exerces. *P.* Quomodò eſt exercenda? *C.* Primùm diligenti attentione, hoc eſt, advertendo ad ea quæ audivimus aut legimus; deinde repetendo eadem ſæpè; denique, docendo alios ea quæ didicimus. *P.* Iſta inculcantur nobis ſæpè à præceptore, ſed (me miſerum!) quàm ſupina eſt hæc negligentia mea! *C.* Sic ſumus omnes, niſi ille Spiritus Dei excitet nos. *P.* Quid faciam igitur? *C.* Expergiſcere, mi Petrine, aſpira ad Deum toto animo totiſque viribus: precare illum aſſiduè & pio affectu, eſto vigilans, fugito pravos, verſare cum bonis, tum effice moribus facillimis, ut reddas eos familiares tibi. *P.* Quid conſequar tandem? *C.* Rogas? ſi aſſueveris te iſtis moribus, Dominus Deus miſerebitur tui ſuâ clementiâ; & ſenties tuum animum immutatum brevi. *P.* O quàm opportunus fuit hic congreſſus mihi! Obſecro te, mi Croſſerane, ut colloquamur ſæpiùs. *C.* Per me non ſtabit, quoties licebit utrique per otium.

COL-

COLLOQUIUM XII.

M. Cord. *Coll.* 16. *Lib.* IV.

ÆGIDIUS, MASSUERUS.

CUR diſpergebas piſa hìc? *M.* Quando? *Æ.* Poſt prandium. *M.* Faciebam id animi cauſâ. *Æ.* Sed unde *habuiſti* ipſa illa? *M.* Accepi è conchulâ, ubi repoſita erant ut coquerentur craſtino die. *Æ.* Debuiſti-nè facere malum animi cauſâ? *M.* Non putabam id eſſe malum. *Æ.* An non eſt malum conculcare panem pedibus? *M.* Ego nollem facere iſtud. *Æ.* Cur nolles? *M.* Quia panis eſt maximè neceſſarius nobis. *Æ.* Deus creavit & piſa, & cætera quæ eduntur, in noſtrum uſum. *M.* Non ignoro; *quinetiàm* veſcor piſis libenter, ſi ſint benè cocta & condita. *Æ.* Prætereà, velles-nè abuti tuis rebus? *M.* Minimè. *Æ.* Tantò minùs debes *(abuti)* alienis. *M.* Intelligo iſtud ſatìs. *Æ.* Ergo non feciſti rectè. *M. Non recte, fateor, tamen non malo animo. Æ. Cur feciſti igitur?* *M.* Mea ineptia incitavit me ad illud. *Æ.* Quid inde meruiſti? *M.* Plagas. *Æ.* Dicis rectè; ſed opinor, non ex animo. *M.* Imò certè: nè accuſes me, oro. *Æ.* Quandoquidem fateris ſponte, non accuſabo; *nam* præceptor dixit ſæpiſſimè, ſe velle ſic. *M.* Quid ille dixit? *Æ.* Ut deferamus neminem ad ipſum de iſtis levioribus, qui modò agnoverit culpam libens.

COLLOQUIUM XIII.

M. Cord. *Coll.* 19. *Lib.* IV.

LEONARDUS, PELLIS.

DEmiror tuam negligentiam. *P.* In quâ re tandem? *L.* Quòd non curas te diligentiùs. *P.* Ego verò curo me fortaſſe nimìs: edo, bibo, dormio ſatìs, quæ eſt benignitas Dei erga me; præterea, pecto capillum, lavo manus, faciem, dentes, oculos, & hæc manè præcipuè; quinetiàm, cum tempus poſtulat, exerceo corpus, relaxo animum, & ludo cum cæteris: quid vis amplius? *L.* Mittamus iſta; ea non ſunt quæ reprehendo in te. *P.* Quid igitur? *L.* Circumſpice veſtimenta tua à calce ad verticem, invenies nihil integrum, omnia ſunt lacera & obſoleta; iſta profectò non decent veſtrum genus; ſi ſaltem curares veſtitum tuum *ſar-*

ciendum, aut quoquo modo inſtaurandum. *P.* Tu loqueris quidem quæ libet; quòd ſi haberes parentes tam remotos, fortaſſe non eſſes elegantior; ſi pecunia ſuppeteret mihi, non paterer me eſſe uſque adeò pannoſum. *L.* Nec adeò tamen cares negligentiâ, *nam* cur non petis mutuò aliundè? *P.* Unde peterem? *L.* Si non aliundè, certè poſſes à præceptore. *P.* Quid ſi nollet dare? *L.* Denegat nemini ex domeſticis diſcipulis, ſi quidem videt eſſe opus. *P.* Ego non ignoro id, ſed ſum verecundior quàm ut audeam petere ex eo. *L.* Ah! iſte eſt ruſticus pudor. *P.* Tamen malo eſſe verecundus quàm impudens. *L.* Verecundia (ut quidam dixit) eſt bonum ſignum in adoleſcente; ſed mediocritas eſt adhibenda ubique. *P.* Ego ſum eo ingenio, ut ſemper verear offendere quempiam. *L.* Laudo ingenium, ſed eſt modus in rebus; nam hic metus offendendi debet habere locum in turpibus rebus, aut certè indecoris, ſed video nihil tale hìc: eſt enim uſitatum in ſocietate hominum, ut alii indigeant operâ aliorum; quis igitur dabit mihi vitio, ſi petam quid ab amicis, aut commodatò, aut mutuò? *P.* Nemo reprehendet, niſi fortaſſe velis abuti ejuſmodi rebus. *L. Sed* tu (quantum ego novi te) nolles abuti. *P.* Apagè iſtum abuſum. *L.* Quid ergò obſtat quo minùs petas, præſertim ab homine facillimo, *atque*, ut apparet, amantiſſimo tui? *P.* Agè petam, ſed per epiſtolium, quod dabo tibi, ut reddas. *L.* Reddam profectò libentiſſimè, & commendabo te illi diligenter. *P.* Equidem habeo non parvam gratiam tibi, quòd faceris me tanti, ut hortarere ad hanc fiduciam. *L.* Nunc reſtat ut ſcribis epiſtolam quam dicis, committas mihi reliqua. *P.* Deus benè vertat quod cœpimus. *L.* Nè dubites: res ſuccedet proſperè.

PART II.

A

LITERAL TRANSLATION,

IN A

NEW METHOD:

By the Help of which, a young Scholar may, with Eaſe, attain to the rendering of the *Latin* Colloquies into *Engliſh*; and cannot miſtake what *Engliſh* Words anſwer to the *Latin*. To prevent a falſe Pronunciation, the *Latin* Words are accented.

The COLLOQUIES of the First Book Conſtrued.

COLLOQUY I.

The Argument.

A Deſire of Play is pretended for the ſake of Diſcourſe.

Bernardus, Claudius.

SALVE, Claudi.	*God ſave you, O Claudius.*	Bernárde.	*O Bernard.*
C. Tu ſis ſalvus quoque,	*May'ſt thou be ſafe alſo,*	*B.* Ludámus paulíſper.	*Let us play a little while.*
		C. Quid ais,	*What doſt thou ſay, inéptule?*

ineptule *O little fool?*
vix *ſcarce*
ingréſſus es *thou haſt enter'd*
ſcholam, *the ſchool,*
& *and*
lóqueris *doſt thou talk*
jam *already*
de *of*
ludo? *play?*
B. Nè iraſcáris, *Be not angry,*
quæſo. *I pray.*
C. Non iráſcor. *I am not angry.*
B. Cur *Why*
ergò *therefore*
exclámas *doſt thou cry out*
ſic? *ſo?*
C. Accúſo *I accuſe*
tuam *your*
ſtultitiam. *folly.*
B. Non licet *Is it not lawful*
lúdere *to play*
igitur? *then?*
C. Imò *Yes*
licet, *it is lawful,*
at *but*
cum *when*
eſt *there is*
tempus. *time.*
B. Vah! *Fy!*
tu *thou*
ſapis *art wiſe*
nimiùm. *over-much.*
C. U'tinam *I wiſh*
ſaperem *I were wiſe*
tantùm *only*
ſatis; *enough;*
ſed *but*
mitte *diſmiſs*
me, *me,*
quæſo, *I pray,*
ut *that*
repetam *I may repeat*
quæ *what*
erunt *ſhall be*
reddénda *to be ſaid*
præceptóri *to the maſter*
mox. *by and by.*
B. Dicis *You ſay*
æquum: *a juſt thing:*
ego *I*
volo *am willing*
quoque *alſo*
repétere *to repeat*
te-cum, *with you,*
ſi *if*
placet *it pleaſeth*
tibi. *you.*
C. Eho! *How now!*
quid *what*
eſt *is*
hoc? *this?*
quid *what*
vult *will*
ſibi *to itſelf*
[i. e. *what meaneth*]
iſta *that*
tam *ſo*
ſubita *ſudden*
mutátio? *a change?*
non-nè tu loquebáris *did not you ſpeak*
modò *juſt now*
de luſu? *of play?*
B. Loquébar *I did ſpeak*
quidem, *indeed,*
ſed *but*
non *not*
ſeriò. *in earneſt.*
C. Cur *Why*
ſimulábas? *did you diſſemble?*
B. Ut *that*
fabulárer *I might talk*
paucis(verbis) *in a few (words)*
te-cum. *with you.*
C. Quid *What*

illud

illud prodeſt? *does that profit?*
B. Rogas? *Do you aſk?*
non-nè audiviſti *have you not heard*
ex præceptóre? *of the maſter?*
C. Nunc *Now*
non occúrrit *it does not occur*
mihi: *to me:*
quid, *what,*
inquam, *I ſay,*
prodeſt *does it profit*
confabulári? *to talk together?*
B. Ad exercéndos *To exerciſe*
nos *ourſelves*
in Latínâ *in the Latin*
linguâ *tongue.*
C. Profectò *Truly*
putas *you think*
rectè, *rightly,*
& *and*
ego *I*
amo *do love*
te *thee*
magis *the more*
nunc. *now.*
B. Hábeo *I have*
tibi *for you*
grátiam: *thanks:*
[i. e. *I thank you*]
agè, *well,*
repetámus *let us repeat*
prælectiónem, *the leſſon,*
nam *for*
brevi *in a ſhort time*
præcéptor *the maſter*
aderit. *will be here.*

COLL. II.

The ARGUMENT.

The Scholar comes of his own Accord to ſalute the Maſter: he is kindly received: gives an Account of his Behaviour after riſing: is commended and encouraged: he deſires to ſay his Taſk.

STEPHANIO, PRÆCEPTOR.

SAlve, *God ſave you,*
præcéptor, *O maſter.*
P. Sis *May you be*
ſalvus, *ſafe,*
mi Stephánio: *my Stephanio:*
unde *whence*
venis *do you come*
tam multò *ſo much*
mane? *in the morning?*
[i. e. *ſo early in the morning*]
S. E *out of*
noſtro cubículo. *our chamber.*
P. Quando *When*
ſurrexiſti? *did you get up?*
S. Paulo *a little*
ante *before*
ſextam (horam) *ſix o'clock,*
præcéptor. *maſter.*
P. Quid *What*
ais? *do you ſay?*
S. Sic *So*
eſt *it is*
ut *as*
dico. *I ſay.*
P. Tu es *Thou art*
nimis *over*
matutínus; *early;*
quis *who*
expergeſécit *did awake*
te? *thee?*
S. Meus

S. Meus frater. *My brother.*
P. An precátus es *Have you pray'd to*
Deum? *God?*
S. Cum *When*
primùm *firſt of all*
frater my *brother*
péxuit *combed*
me, *me,*
precátus ſum. *I prayed.*
P. Quómodo? *How?*
S. Genibus *With knees*
flexis, *bended,*
& *and*
mánibus *with hands*
conjúnctis, *joined together,*
dixi *I ſaid*
Domínicam *the Lord's*
precatiónem *prayer*
cum *with*
actióne gratiárum. *giving of thanks.*
P. Quâ *In what*
linguâ? *tongue?*
S. Anglicánâ (linguâ) *In the Engliſh (tongue.)*
P. O factum (eſt) *O it hath been done*
benè! *well!*
quis *who*
miſit *hath ſent*
te *thee*
ad me? *to me?*
S. Nemo. *Nobody.*
P. Quid *What*
ergo? *therefore?*
S. Veni *I came*
ultrò. *of my own accord.*
P. Mi anímule, *My little dear,*
quàm *how*
pulchrum *fine* (a thing)
eſt *it is*
ſapere! *to be wiſe!*
non-nè eſt *is it not*
tempus *the time*
jentanti? *of breakfaſting?*
S. Nondum eſúrio. *I am not yet hungry.*
P. Quid *What*
vis *will you*
ígitur? *then?*
S. Volo *I am willing*
réddere *to ſay*
quotidiána *the daily*
nómina, *nouns,*
ſi *if*
placet *it pleaſeth*
tibi *you*
audíre *to hear*
me. *me.*
P. Quidni placéret? *Why ſhould it not pleaſe?*
tenes *do you hold* them
memória *in memory*
ígitur? *then?*
S. Téneo, *I do hold* them,
grátia *thanks*
Deo. *to God.*
P. Age, *Come on,*
pronúncia. *ſay.*
S. Sed *But*
ſoles *you uſe*
præire *to go before*
Anglicè, *in Engliſh,*
& *and*
ego *I*
reſpóndeo *anſwer*
Latínè. *in Latin.*
P. Mones *You put me in mind*
benè; *well;*
oblítus eram *I had forgot*
iſtud *that*
penè: *almoſt:*
reſpónde *anſwer*
ígitur. *then.*

COL-

COLL. III.

The ARGUMENT.

Different Families dine at different Times of the Day. Claudius *is excuſed attending on the Diſcharge of certain Duties, on account of his dining late. Boys are naturally inquiſitive. Pardon is mutually aſked for any Offence that might be given.*

CLAUDIUS, DURANDUS.

QUando *When*
vis *will you*
prandére? *dine?*
D. Ego *I*
prandi *have dined*
jam. *already.*
C. Quotâ *At what*
horâ? *hour?*
[i. e. *at what o'clock?*]
D. Seſquioctávâ. *At half an hour after eight.*
C. Prandétis *Do you dine*
tam manè *ſo early*
ígitur? *then?*
D. Sic *So*
ſolémus *we uſe*
ferè *commonly*
in æſtáte; *in ſummer;*
autem vos *but you*
